This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gd
15
485

Digitized by Google

Gd 15.485

SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANG
CHRISTO ET ECCLESIAE
VE RI TAS

Harvard College Library

FROM

By exchange.

1 Jan. 1897

Digitized by Google

Gi 15.485

DISSERTATIO

INAUGURALIS

B. TER HAAR.

Digitized by Google

Digitized by Google

DEMOSTHENIS

QUAE FERTUR ORATIO ADVERSUS POLYCLEM

ANNOTATIONIBUS ILLUSTRATA.

Digitized by Google

Digitized by Google

DEMOSTHENIS

QUAE FERTUR ORATIO ADVERSUS POLYCLEM

ANNOTATIONIBUS ILLUSTRATA.

SPECIMEN INAUGURALE LITTERARIUM

QUOD

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI CORNELII DIBBITS,

PHIL. NAT. DOCT., IN FAC. PHIL. NAT. PROF.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

NOBILISSIMAE FACULTATIS
PHILOSOPHIAE ET LITTERARUM DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

FACULTATIS EXAMINI PROPONET

BERNARD TER HAAR

E PAGO ARKEL HOLLANDIAE MERIDIONALIS,

D. III M. NOVEMBRIS A. MDCCCXCIV, HORA I POSTMERIDIANA.

SNECAE.

APUD J. F. VAN DRUTEN.

MDCCCXCIV.

Digitized by Google

Gd. 15. 485

HARVARD COLLEGE
JAN 1 1897
LIBRARY.

By Exchange

LUGD. BAT. EX TYPOGRAPHEO E. J. BRILL.

Digitized by Google

PATRI CARISSIMO

ET

UXORI CONIUNCTISSIMAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Honores doctoratus assecuturus gratias agere animus me impellit omnibus, quorum institutione et consiliis frui mihi contigit.

Primum VAN HERWERDEN, *vir clarissime, in mentem mihi veniunt omnia quae Tibi accepta refero, inprimis opera in hoc opusculum a Te impensa.*

Non minus Vobis, viri clarissimi FRANCKEN *et* WYNNE, *iam rude donatis gratiam habeo; per longum spatium, precor, senectutis placidae quies Vobis sit data.*

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

In illustranda hac oratione textum recepi editum a Fr. Blass in editione Demosthenis apud B. G. Teubner, unde quoque commentarium criticum, infra textum positum, transscripsi et perpaucis coniecturis memoratu dignis supplevi.

Codices ergo nominati sunt ut apud Blass, scil:

S est Cod. Parisinus.
A „ „ Augustanus I (Monacensis).
L „ „ Florentinus (Laurentianus).
F „ „ Venetus.
B „ „ Bavaricus.
Y „ „ Parisinus.
O „ „ Bruxellensis.
N°. LXX „ „ Vindobonensis.
P „ „ Laurentianus.
Q „ „ Marcianus, quorum

optimi habendi sunt S et L, secundo loco A, alii sunt inferioris notae.

Porro ad opus meum adiumento fuerunt:

A. Boeckh, Staatshaushaltung der Athener, ed. 2ª, et Urkunden über das Seewesen des Attischen Staates.

K. F. Hermann, Lehrbuch der Griechischen Antiquitäten, unter Mitwirking von Dr. H. Droysen cet. Freiburg i. B. 1892.

A. Schaefer, Demosthenes und seine Zeit. ed. 2ª, et Additamenta in volumine 3io editionis prioris.

G. F. Schoemann, Griechische Alterthümer.

„ „ „ Antiquitates Iuris publici Graeci.

Wachsmuth, Die Stadt Athen im Alterthum I et II, 1.

E. Curtius, Griechische Geschichte.

Digitized by Google

Clinton, Fasti Hellenici ed. Krüger.
R. Volkmann, Die Rhetorik der Griechen und Römer, ed. 2a Leipzig 1885.
F. Blass, Die attische Beredsamkeit, Leipzig 1877.
J. Sigg, Der Verfasser neun angeblich von Demosthenes für Apollodor geschriebener Reden, in Fleckeisens Jahrbücher 6ter Suppl. Bd. 1872/73.
F. Lortzing, De orationibus quas Demosthenes pro Apollodoro scripsisse fertur. Berol. 1863.
P. Uhle, Quaestiones de orationum Demostheni falso addictarum scriptoribus, Pars. I et II.
Stix, Zum Gebrauch des Infinitiv mit Artikel bei Demosthenes, progr. Gymnas. Rotevillensis 1881.
Karlowa, Bemerkungen zum Sprachgebrauch des Demosthenes mit Berücksichtigung anderer attischen Redner, progr. der Fürstenschule zu Pless. 1883.
J. Straub, De Tropis et figuris quae inveniuntur in orationibus Demosthenis et Ciceronis. progr. Gymnas. Aschaffenburgensis 1883.
G. Schimmelpfeng, Orationes quae sunt in Macartatum et in Olympiodorum et in Lacriti exceptionem sub Demosthenis nomine traditae, num unius eiusdemque oratoris esse iudicandae sint, Marpurgi 1887.
F. de Haan, Annotationes ad Demosthenis quae fertur orationem Lacriteam. Leovardiae 1892.
C. Rehdantz, Indices, besorgt von F. Blass.
S. Preuss, Index Demosthenicus, et alii, qui omnes suis locis nominabuntur.

Digitized by Google

INTRODUCTIO.

I.

Athenas cum Ol. 104. 3 (362) renuntiatum esset ad Chersonesum res esse adversas et Alexandrum, tyrannum Pheraeorum, Tenum insulam occupavisse, auctore Aristophonte populus scivit ut quam celerrime trierarchi naves deducerent [1]), inter quos trierarchos Apollodorus fuit, filius Pasionis illius argentarii ditissimi, qui primum servus Archestrati, deinde eius libertus pro eo et Antisthene, postremum suo nomine argentariam faciebat [2]). Ol. 96. 3 (394) Pasio etiamtunc inquilinus erat, sed paulo post ius ἰσοτελείας et praedia acquirendi ei datum est, et tandem ob merita in rem publicam Atheniensium ipse cum posteris civitate est donatus [3]). Post huius mortem Ol. 102. 3 (370) hereditas non statim inter ambos filios, Apollodorum et Pasiclem, est divisa, nisi quod Apollodorus, maior natu, praedium accepit praecipuum [4]); hic tamen ita luxuriae indulserat ut tutores fratris minoris natu hereditatem dividere cogerentur, praeter argentariam et officinam scutariam, quorum fructus utrique pariter redituros decretum est [5]). Reditus Apollodori ex fundis minis triginta aestimabantur [6]), et opibus eum abundasse hinc conicere licet, quod non solum in tribus pagis praedia possidebat, et in iis erat, quibus προεισφορᾶς nomine tributum ceteris tributariis erat suppeditandum [7]), sed etiam plus quam semel trierarchus fuit, nempe

1) (Dem.) L. 4–6.
2) Dem. XXXVI. 43—46.
3) Dem. XXXVI. 47, (Dem.) XLVI. 15, LIII. 18, LIX. 2, Boeckh Staatsh.[2] I. 764.
4) Dem. XXXVI. 34.
5) Dem. XXXVI. 8 sq.
6) Dem. XXXVI. 38.
7) (Dem.) L. 8.

Digitized by Google

circa Ol. 103. 1 (368) et Ol. 104. 3 (362) [1]). In hoc munere obeundo diligentiam et gratum ostendit animum erga rem publicam, quae patrem eius cum liberis civitati adscripserat; iterum enim trierarchus navem privato sumptu splendide instruxit, optimosque nautas et remiges mercede conduxit et pro collega officium explevit [2]). Ex hac magnificentia tamen lis est orta, quae argumentum huius, quam tractandam sumpsimus, orationis efficit.

Polycles [3]) enim successor in munere, id suscipere noluit, Athenis remansit, quaecunque amici Apollodori proposuerunt, repudiavit ipsumque derisit, nec priusquam plebiscito coactus est Thasum, ubi classis stabat, abiit; ibi tamen navem accipere et Apollodoro omnia expensa accurate enumerare volenti, aures praebere noluit, magnificentiam et socios navales luxuriosos criminatus. Timomachus autem, classi praefectus, Polyclem non modo non cogit navem accipere, sed etiam Apollodoro imperat, quamquam tempus muneris ei exactum est, ut navem denuo conscenderet et officio trierarchi fungeretur, qua iniuria, si audimus Apollodorum, ipsum affecit, quod et triremi tam splendide instructa volebat uti et Apollodoro succensebat quod Callistratum exsulem Atheniensem Methona Thasum ne transveheret recusasset, denique quod Timomachus triginta minas mutuas acceperat a Polycle. Ipse deinde navem Apollodori conscendit et ad Hellespontum vela dare iussit [4]).

Tandem, postquam Apollodorus plus quinque menses post legitimum tempus fuit trierarchus, Timomachus classem, qua non amplius indigebat, in patriam remisit, et Lycinum, e pago Pallena, navibus praeposuit, cui navem Apollodori ut conscenderet et nautis pecuniam solveret imperavit [5]). Quod cum hic non exsequeretur Apollodorus, ubi Tenedum appulsum est, denuo ex Polycle quaesivit utrum navem accipere supererogataque solvere paratus esset an non, ne Polycles contumaciae suae vani-

1) Schæfer, Add. pg. 146 (Dem.) argum. L et LIII. 5.

2) (Dem.) L. 7, 40, 58.

3) Boeckh, Seew. pg. 249 hunc eundem esse suspicatur, cuius nomen invenitur in titulo, qui pertinet ad munus trierarchi Ol. 105.4 (357) vel Ol. 106. 1(356), comprobante A. Schæfer Add. pg. 149.

4) (Dem.) L. 43—52. 5) L. 53.

Digitized by Google

tatem ipsius, nempe ut Athenas reverteretur navi tam bene instructa, praetenderet; sed operam iterum perdidit Apollodorus et Tenedi ab hospitibus patris pecuniam mutuam sumere debuit, unde sociis navalibus praeberet necessaria. Sic tandem Apollodorus septemdecim mensibus praeterlapsis postquam Piraeum reliquerat, ergo Ol. 104.4 (360) mense Februario, rediit in patriam ubi matrem invenit moribundam, quae sex diebus post supremum diem obiit, uxorem vero aegrotantem et rem familiarem obrutam aere alieno [1]).

Domum reversus Apollodorus litem Polycli intulit supererogatorum (ἐπιτριηραρχήματος) [2]), sed non statim, nam ob bellum iustitium erat; quo autem tempore haec oratio sit habita accurate statui non potest, et dissentiunt inter se viri docti. I. Hermann [3]) ex verbis ἐν τῷ τότε καιρῷ (§ 3 huius orationis) et ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ (§ 61) conclusit aliquot annos praeteriisse et intra Ol. 105.2—107.2 (359—351) tempus orationis ponit. A. Schaefer [4]) huic assentitur et verba § 8: τὰ κατὰ τὴν τριηραρχίαν ἀνήλισκον τότε οὕτω πολυτελῆ ὄντα addit, quibus indicari sibi videtur litem actam esse post Ol. 105.3 (357), post symmorias trierarchicas institutas rogatione Periandri, qua munus trierarchorum minus sumptuosum est redditum. Lortzing [5]), quamquam miratur nusquam in oratione ab Apollodoro commemorari Timotheum et Callippum capitis damnatos, quod ante Ol. 105.4 (356) factum esse constat [6]), et agnoscit se hanc difficultatem expedire non posse, hos viros sequitur.

Difficultatem, a Lortzing memoratam, iure Sigg [7]) primo loco ponit, et demonstrat veri simile non esse Apollodorum Ti-

---

1) (Dem.) L. 60—62.

2) in Codd. S. A. inscriptum est τριηραρχήματος, eadem corruptela est apud Harpocrationem.

3) De tempore quo orationes quae feruntur Demosthenis pro Apollodoro et Phormione scriptae sint, Erfurt 1842 pg. 19.

4) Add. pg. 152.

5) De orationibus quas Demosthenes pro Apollodoro scripsisse fertur, Berol. 1863 pg. 11.

6) Clinton F. H. ed. Krüger, ad annum 357; Plut. comp. Tim. et Aem. P. 2, Dion, 28, 5b.

7) Der Verfasser neun angeblich von Dem. für Apoll. geschriebener Reden, pg. 404 sq.

Digitized by Google

momachum, Callippum, Menonem, Autoclem et Timotheum in ius vocasse [1]), priusquam negotium suum egisset. Omnes has lites actas esse intra Ol. 105.1 (360) et Ol. 105.4 (357) constat, nec verba laudata a Schaefer ex § 8 necessario ad rogationem Periandri pertinent, quas ob causas Sigg ponit hanc orationem brevi post Ol. 105.1 (360) esse habitam. In eadem sententia, qua Sigg, stat Blass [2]), cui verba ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ (§ 61) argumento sunt, integrum annum praeteriisse post reditum Apollodori, voculam vero τότε (§ 8) iure is coniungit cum antecedenti ἀνήλισκον, non cum sequentibus οὕτω πολυτελῆ ὄντα, ut Schaefer, itaque putat circa Ol. 105.3 (358) orationem esse habitam, quae opinio ad veritatem proxime accedere mihi videtur.

Iam videamus quo modo scriptor orationem disposuerit.

In Prooemio dicit orator sibi persuasum esse maximi esse momenti ut iudices intenta mente huic actioni intersint, non enim causam agi privatam sed quae ipsam tangat rem publicam; rogat igitur attenti sint dum fusius totam rem narret et testimoniis demonstret atque confirmet § 1—3.

Transit ad Narrationem, quae fere totam orationem complectitur. § 4—62.

1 Ol. 104. 3 (362) cum ad comitia Atheniensium multae calamitates nuntiatae essent, nempe quod Alexander Tenum occupavit, Miltocythes a Cotye defecerat et ab Atheniensibus auxilium petebat, Proconnesii bello terra marique ab hostibus pressi, rogabant ne sinerent Athenienses se perituros, multaeque naves onerariae ab incolis Byzantii, Chalcedonis et Cyzici subducebantur, populus auctore Aristophonte decrevit: ut trierarchi naves deducerent, simulatque demarchi catalogos confecerint, celerrime sociis auxilio venirent Athenienses, quam rem demonstrat allato ipso

Plebiscito § 4—6.

2 Disertis verbis de studio suo erga populum egreditur, navem quam optime poterat complevit, et quamquam ex lege nemo eodem anno duo munera praestare tenebatur, tamen id

1) cf. Annot. ad huius orat. §§ 12 et 14.
2) Att. Bereds. III, 1 pag. 468 sq.

Digitized by Google

facere non repugnavit et, iussus, primus portionem tributi repraesentavit in tribus pagis, nec postea recuperare eius summae quidquam potuit, cum absente ipso omnem pecuniam, exactu facilem symmoritae iam exegissent et ceteram exigere neglexissent. Haec omnia, et quod Polycles se navem accepturum negavit post legitimum tempus muneris ipsi exactum, confirmat

Testimoniis § 7—10.

3 Sequitur expositio de dissolutione triremis, quae oratori acciderit, non accepto enim stipendio intra octo menses, in patriam revertit cum legatis e Chersoneso, quo denuo vela dare debet in navi secum ducens Menonem, successorem Autoclis magistratu deiecti; pro desertoribus alios nautas conscribit, veteres qui in navi manserant, donis muneratur. Populus ob merita eum ad coenam publicam in Prytaneo vocat. Confirmantur haec

Testimoniis et plebiscito § 11—13.

4 Pergit orator narrare quae facta sint post legitimum tempus exactum duce Timomacho. Permulti nautae navem suam deseruerunt, ipse magnam pecuniae summam mutuam sumit, et Euctemonem subcenturionem suum Lampsacum mittit ut nautas quam optimos conduceret, reversus ille subito morbo est implicatus, et recreatus in patriam missus est. Timomachus incolis Maroniae morem gerit et naves onerarias ad illam urbem est comitatus, sed paulo post, cum urbem Strymen occupare conaretur, ab iisdem Maronitis re infecta abire coactus est. Contumaciam Polyclis narrat, neglectis precibus Euctemonis, soceri amicorumque Apollodori, et quam contumeliose ille se gesserit, quae omnia probantur

Testimoniis § 14—28, deinde

5 Multis argumentationibus demonstrat se Polyclem, postquam ad classem, Thasi degentem, proficisci coactus sit plebiscito, iterum atque iterum obsecrasse ut navem acciperet supererogataque solveret, et Timomachum, classi praefectum, ob causas alibi proferendas huic morem gessisse, quae res confirmantur

Testimoniis § 29—37.

6 Denuo coram Timomacho Polyclem obtestatur navem accipiat, supererogata ab illius collega poscet orator, sed Polycles nugas agere eum respondet, de qua re recitatur

Digitized by Google

Testimonium § 38—40.

7 Argumentum, quo demonstret Polyclem se iniuria affecisse sumit ex ratione qua alii trierarchi, Mnesilochus et Phrasierides, erga decessores se gesserint, et probat haec

Testimonio § 41, 42.

8 Nunc causas profert, quibus Timomachus eo perductus sit ut contra legum auctoritatem Polycli indulgeret, unde argumenta petit ad demonstrandum, quantas contumelias rei publicae causa passus sit. Mandatum non legitimum, Timomachus enim imperavit ut Callistratum, qui, capitis damnatus, libero exsilio se ex sententia eripuerat, Methona Thasum duceret, exsequi non vult, quamobrem ille etiam magis ei irascitur. Postremum classem in patriam vela dare iubet Timomachus, Lycinum, e pago Pallena, classi praefecit, cui imperat ut stipendium nautis solveret, quod et ille facere neglegit. Orator ultimum Polyclem adit iubetque navem accipere et supererogata solvere et, cum recusat, pecuniam saltem mutuam sibi dare ut haberet unde mercedem nautis solveret. Qui ubi vel hoc abnuit, orator Tenedi ab hospitibus patris pecuniam mutuam sumit. Confirmantur haec

Testimoniis § 43—56.

[Hoc loco animadvertendum est oratorem nunquam testimonia afferre de iis, quae Timomacho crimini dat, quapropter veri simile est eum, cum Polyclem accusaret, in animo habuisse hunc cum aliis ducibus perduellionis postulare, et omnia testimonia contra eum afferenda ad illam actionem reservare, quam nondum esse institutam pro certo habendum est.]

9 Paucis verbis Polyclis non solum adversus se, sed etiam contra rem publicam improbitatem, atque suam ipsius virtutem tangit, deinde res domesticas describit modo apto ad permovendos animos iudicum, narrans ut matrem invenerit moribundam, uxorem aegrotantem, rem familiarem aere alieno obrutam § 57—62.

Post haec transit ad

Epilogum § 63—67,

in quo repetit orator se commoda rei publicae suis anteposuisse et iudices hortatur ut Polyclem condemnent, ita enim non solum sibi subventuros esse sed etiam sibimet ipsis et trierarchis posteris, neque ullum successorem leges contemnentem,

Digitized by Google

recusaturum quominus navem accipiat, pro certo autem habere se dicit, iudices sibi iratos fore, si eadem faceret ac Polycles. Attamen finem nondum facit dicendi sed aliquid novi profert, Polyclem enim iam antea Euripidis collegae navem accipere noluisse ostendit et probat

Testimonio § 68.

Orationem adversus Polyclem, quamquam a Callimacho Denosthenicis est inserta, nemo fere est virorum doctorum, qui orationes Demosthenis pertractarunt, quin ab illo principe oratorum abiudicet, et quantum scriptor distet ab arte Demosthenica ipsa, iam dispositio ostendit. Narratio, quae semper apud Demosthenem est brevis et luculenta, in hac oratione longe maximam partem, 59 paragraphos, occupat, nec ab argumentatione est distincta, in quod vitium clarus ille orator nunquam incidit. Porro oratio est verbosa, non expedita nec facile currit, iterum atque iterum eadem repetit orator, ita ut auditores potius defatiget quam attentos reddat, quamvis omnia, quae Polycli crimini dat, speciem veritatis prae se ferant. Figuris rhetoricis, in quibus adhibendis excellit Demosthenes, non solum fere omnino caret oratio, sed saepe scriptor, periodos concinne conformandi imperitus, enuntiata profert immani conspicua verbositate ac plane deformia, quibus res magis obscurantur quam illustrantur, de quibus omnibus in annotationibus suis locis agemus.

Licet ergo constet hanc orationem non esse scriptam a Demosthene, cognitu tamen est perdigna ob rerum gravitatem, quippe quae fons nobis sit praecipuus unde cognoscamus munus, cui nomen est τριηραρχία, quae omnia Boeckh, in praeclaro opere, quod inscribitur „Urkunden über das Seewesen des Attischen Staates", illustravit et explicavit.

Cum tamen Demosthenes non esse videretur eius auctor, investigandum erat an ex scribendi genere indicium aliquod elici possit a quo auctore scripta sit oratio, quod genus indicat eam ab eodem esse compositam qui scripsit orationes XLVI, XLVII, XLIX, LII, LIII et LIX, ut A. Schaefer [1]) et Sigg [2]) demonstrarunt, quibus Blass [3]) pro maxima parte assentitur, in

1) Add. pg. 184—199. 2) l. l. pg. 397—434.
3) Att. Beredsa III. I pg. 455—489.

Digitized by Google

una tamen re dissentiens ab illis; quaestio enim haec est, sitne Apollodorus ipse auctor habendus harum orationum an non sit. Schaefer pg. 192 sq. nisus Dem. XXXVI. 53 sqq. (quae oratio habita est Ol. 107:1 (352)), ubi Demosthenes ostendit Apollodorum et in causis privatis et in publicis actorem fuisse, conicit hunc ipsum esse orationis in Polyclem auctorem, afferens etiam XLVI. 17: *εἶτα δὲ οὐδ' ἐδόκουν ἐμὲ οὕτω δεινὸν ἔσεσθαι ὥστε ταῦτα ἀκριβῶς ἐξετάσαι*, quibus verbis peritiam suam gloriari Apollodorum putat, et LIX. 14 sq. ubi Theomnestus rogat, liceatne sibi Apollodorum patronum vocare ob maiorem dicendi peritiam. Sigg pg. 432 in eadem stat sententia et iudicat hanc: „eine höchst wahrscheinliche vermutung. Denn wenn dieser in der rede gegen Neaera für andere, wenn auch ihm nahe verwandte personen auftritt, so hat es doch offenbar nur rechten sinn, wenn er es mit selbstverfasster rede tut", et paulo post: „Nehmen wir aber an, Apollodor habe die rede gegen Neaera geschrieben, so ist damit seine autorschaft der übrigen sechs reden erwiesen".

Blass pg. 482—484 haec impugnans contendit, iisdem locis nisus ac Schaefer et Sigg, logographum aliquem has orationes scripsisse Apollodoro. Eius argumenta sunt haec: XXXVI. 53 sqq. Demosthenes quidem ostendit Apollodorum fuisse actorem, sed ei non obicit excercitationes rhetoricas, quod eum facturum fuisse pro certo habet, si talibus studiis incubuisset, quod autem patronus fuerit Theomnesti, hoc nihil ait probare, nam etiam apud alios oratores tales epilogos inveniri, et ea, quae legimus XLVI. 17 etiam hoc modo posse explicari, ut sumamus Apollodorum re vera rei forensis imperitum fuisse et necessitate coactum haec investigasse. Mihi argumenta, a Blass allata, subtiliora quam veriora esse videntur, et quae Schaefer coniecit probabiliora, sed adhuc sub iudice lis est et fortasse manebit.

II.

Agamus nunc de muneribus extraordinariis, quibus nomina sunt *προεισφορά* et *τριηραρχία*.

Ab antiquissimis inde temporibus in re publica Atheniensium

Digitized by Google

mos erat non omnia munera publico explere sumptu, sed nonnulla civibus et inquilinis locupletioribus mandare, talibus muneribus nomen erat λητουργία, quorum alia erant ordinaria, quae quotannis, alia extraordinaria, quae belli tantummodo tempore praestari debebant. Initio cuiusque anni a tribulibus in tabulis edebantur nomina eorum, quibus per illum annum munus aliquod esset suscipiendum, magistratus deinde suas cuique partes adsignabat, neminem tamen, nisi plus quam duo talenta census esset, ut tale munus susciperet, cogi potuisse, constat [1]). Inter ordinaria χορηγία, γυμνασιαρχία, ἀρχεθεωρία [2]) nobilissima erant, inter extraordinaria προεισφορά et τριηραρχία.

Χορηγοὶ choros cuiusque generis ad ludos publicos comparare debebant, omni apparatu instruere et excercere, item γυμνασίαρχοι eos, qui in ludis gymnicis certaturi erant, in gymnasiis excerceri curabant et rebus ad certamen necessariis instrui. ἀρχεθέωροι sacris legationibus ad Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia, Delia aliaque extra Atticam solemnia publice missis praeficiebantur, et partim ipsi sumptus in has legationes, partim civitas tolerabat. Cum bello orto aerarium deficeret, tributum extraordinarium omnibus civibus praeterquam infimae classis, imponebatur et secundum censum pendendum erat, cui tributo nomen est εἰσφορά. Apud Thucydidem [3]) primum certum exemplum invenitur ad Ol. 88. 1 (428), sed iam antea tributa exacta esse veri simile est. Haec tributa pendebantur secundum censum Solonis usque ad Ol. 100. 3 ($37^{3}/_{7}$), quo anno archon Nausinicus novam iniit rationem.

Hoc enim auctore omnes cives tributarii, strategis administrantibus, in symmorias sive classes divisi sunt ita ut census cuiusque symmoriae par esset; quoties igitur tributum exigebatur, symmoritae pro portione rei familiaris pendebant, quam rem symmoriarum curatores (ἐπιμεληταί) et censitores (διαγραφῆς, ἐπιγραφῆς) curabant, praeterea cuique symmoriae praeerat

1) cf. Dem. XXVII. 64.

2) Sic enim scribendum esse docet Meisterhans Gramm. der Att. Inschr.[2] pg. 78 et 90.

3) III. 19. 1: εἰσενεγκόντες τότε πρῶτον εἰσφορὰν διακόσια τάλαντα.

Digitized by Google

magister (*ἡγεμών*) [1]). Cives, quibus res familiaris erat infra viginti quinque minas, immunes erant [2]).

Paucis annis post, cum multi cives contributiones suas vel sero vel omnino non penderent, alia ratio est instituta ut pecunia ad tempus praesto esset. Magistris symmoriarum suppeditanda erat pecunia, quam deinde a sodalibus pro rata cuiusque parte recuperabant [3]), sed paulo post iterum ratio exigendi sic est mutata, ut quotannis in quoque pago referrentur in tabulas nomina locupletissimorum civium et inquilinorum, qui ibi praedia possidebant [4]), e quibus strategi necessarium numerum eligebant eorum, qui urgente necessitate pecuniam pro reliquis suppeditare debebant. Hoc dicebatur *προεισφέρειν* et *προεισφορά*, quam rem ad liturgias pertinere docent §§ 8 et 9 huius orationis.

Ex locis (Dem.) XLII. 3 sq. (*ἐγώ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἥδιστα μὲν ἂν ἐμαυτὸν εἶδον εὐτυχοῦντα ὥσπερ πρότερον τῇ οὐσίᾳ καὶ μένοντα ἐν τοῖς τριακοσίοις· ἐπειδὴ — νυνί με δεῖ τῇ πόλει τρία τάλαντα καταθεῖναι, τάλαντον κατὰ τὴν μερίδα — § 4 δέομαι οὖν ὑμῶν ἁπάντων — τοῦτον εἰς τοὺς τριακοσίους ἀντ' ἐμοῦ καταστῆσαι*, et § 25: *καλῶν γὰρ κἀγαθῶν ἐστὶ δικαστῶν τοὺς μὲν τῶν πολιτῶν ἐθέλοντας, ὅταν εὐπορῶσι, λῃτουργοῦντας καὶ ἐν τοῖς τριακοσίοις ὄντας ἀναπαύειν, ὅταν τούτου δεόμενοι τυγχάνωσι, τοὺς δὲ νομίζοντας ἀπολλύειν, ὅταν εἰς τὸ κοινόν τι δαπανήσωσιν, ἄγειν εἰς τοὺς προεισφέροντας καὶ μὴ ἐπιτρέπειν δραπετεύειν*) et Isaei VI. 60 (*καὶ τὰς εἰσφορὰς εἰσενηνόχασιν ἀμφότεροι πάσας ἐν τοῖς τριακοσίοις, — νῦν δὲ καὶ ὁ νεώτερος οὑτοσὶ χορηγεῖ μὲν τραγῳδοῖς, εἰς δὲ τοὺς τριακοσίους ἐγγέγραπται καὶ εἰσφέρει τὰς εἰσφοράς.*) patet postremum constitutum esse trecentis locupletissimis civibus et inquilinis semper tributum suppeditandum fuisse [5]).

Munus vero longe sumptuosissimum et operosissimum erat

---

1) cf. Dem. XXI. 157: *ἡγεμὼν συμμορίας ὑμῖν ἐγενόμην ἐγὼ ἔτη δέκα — εἰσφέρων οὐκ ἀπὸ ὑπαρχούσης οὐσίας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς δόξης ὧν ὁ πατήρ μοι κατέλιπε.*

2) cf. Dem. XXVII. 7, Boeckh Staatsh.[3] I pg. 692, et de tota re Hermann Lehrb. der Gr. Antiq, ed. 6ta 1892 I. 2 § 131, cuius sententiam secutus sum.

3) Dem. XXXVII. 37, (Dem.) L. 9, Schol. ad Dem. II pg. 26, 21.

4) hoc patet ex (Dem.) L. 8 cf. Thumser de civium Atheniensium muneribus. Vindob. 1880 pg. 57, Busolt Gr. Alterth. in I. Müllers Handb. IV, 1, pg. 196.

5) cf. Frænkel in Boeckh Staatsh.[3] II, 123*, A 838.

Digitized by Google

illud, cui nomen τριηραρχία, quae constabat triremibus et quadriremibus instruendis apparandisque. Iam ante aetatem Solonis singulis naucrariis, quarum numerus olim XLVIII, post Clisthenem ad L auctus est, mandatum esse videtur navem instruere [1]), et praefecti naucrariarum, naucrari, ipsi trierarchi et Polemarchis inferiores fuisse creduntur [2]). Rem navalem igitur apud Athenienses his temporibus non magni momenti fuisse manifestum est, et Thucydides Corinthiorum legatos disertis verbis hoc facit affirmantes [3]). Quam rem Themistocles commutavit: eo enim auctore populus reditum ex argentifodinis parandae classi destinavit [4]), centum talenta mutua dabantur ditissimis civibus, qui centenas naves aedificarent. Ex illo tempore quotannis strategi ex locupletissimis civibus et inquilinis, quibus nomen erat ἰσοτελεῖς [5]), numerum necessarium eligebant, quibus singulis ex senatus consulto [6]) navis instruenda adsignabatur et regenda. Aetate vero Xenophontis hic numerus sensim auctus erat ad quadringentos fere trierarchos [7]).

Alveus navis e publico armamentario, stipendia nautis et militibus classiariis ex aerario dabantur; principio trierarchi apparatum navalem ipsi comparabant, sed is postea, cum res minus florerent, saepe una cum alveo navis publice praestabatur, et tametsi ea res magis magisque in morem abiit, nihilominus saepius cives, bene mereri cupientes de patria, privato sumptu eum comparabant, qualis munificentia successoribus minus munificis valde displicebat, ut huius orationis docent §§ 34—36.

Etiam nautas et remiges mercede conducere debebant trierarchi, navem ad cursum aptare et per annum tueri [8]). Si anno

---

1) cf. Pollux VIII. 108.

2) cf. Bekker Anecd. 283, 20: *ναύκραροι οἱ τὰς ναῦς παρασκευάζοντες καὶ τριηραρχοῦντες καὶ τοῖς Πολεμάρχοις ὑποτεταγμένοι.*

3) cf. I. 41. 2: *νεῶν γὰρ μακρῶν σπανίσαντές ποτε πρὸς τὸν Αἰγινητῶν πόλεμον* (Ol. 72. 2 (491)) *παρὰ Κορινθίων εἴκοσι ναῦς ἐλάβετε καὶ ἡ εὐεργεσία αὕτη — παρέσχεν ὑμῖν Αἰγινητῶν ἐπικράτησιν, κτέ.*

4) cf. Aristot. De republica Atheniensium ed. v. Herwerden et v. Leeuwen, pg. 47.

5) Ante Ol. 106. 2 (355) metoecis munus trierarchi nunquam est mandatum cf. Hermann l. l. I, 2 pg. 425.

6) cf. C. I. A. II, 804 B, a 41 sqq., *ταύτην ἔλαβε κατὰ ψήφισμα βουλῆς, ὃ Διόφαντος εἶπεν Μυρρινούσ[ιος] τριήραρχ[ος] Ἱερώνυμος.*

7) (Xen.) de Republica Ath. 3. 4.

8) Quomodo hoc „per annum tueri" interpretandum sit, hac de re dissentiunt

Digitized by Google

exacto successor ad navem non veniret aut se eam accepturum negaret, trierarchus in navi manebat, sed sumptus ab illo exigere et solvere nolenti intentare actionem supererogatorum (ἐπιτριηραρχήματος) [1]) poterat.

Quod et navis, saepe cum armamentis, et stipendia publice dabantur, trierarchis post munus exactum apud λογισταὶς ratio reddenda erat [2]), navis inspiciebatur a magistratu, et omne damnum praeter quod proelio navali vel tempestate erat acceptum, reficere trierarchus debebat [3]). Si trierarchi a magistratu dissentirent de ratione reddita, curatoribus navalium et Heliastis diiudicandum erat [4]).

Posterioribus temporibus belli Peloponnesiaci cum opes civium imminutae essent et trierarchi vel naves non in tempore vel

---

inter se viri docti. Droysen (über die Aechtheit der Urkunden in Demosthenes Rede vom Kranz pg. 165 sq.) putabat annum, quo trierarchus munus obire debebat, et incipere et finiri eodem tempore quo ceteris magistratibus. Hanc opinionem iure oppugnavit Boeckh. (Urk. ü. d. Seew. pg. 172 sqq.) et ex descriptione temporum in hac oratione demonstrat illud „per annum" significare „per duodecim menses".

Tempus enim muneris Apollodoro iniit, secundum Boeckh, rationem Ideleri sequentem, a. d. XVII Cal. Oct. 362 et exiit a. d. IV Non. Sept. 361. Postquam legitimum tempus ei exactum est, per quadraginta quinque dies ad promuntorium Hieronis expectat naves, qui post ortum matutinum Arcturi ex Ponto navigarent (cf. § 19) (Ortus autem matutinus erat Athenis a. d. X. Cal. Oct.), et paulo post, cum Sestum revertit, duo menses post legitimum tempus praeterierunt (cf. § 20). Post occasum Pleiadum, qui tunc erat a. d. X. Id. Nov., Apollodorus etiam mari navigat, et multi nautae navem eius deseruerunt, dum tres menses post legitimum tempus secundum accusatorem praeterierunt (cf. § 23). Si ergo addideris quindecim dies per quos desertio illa nautarum facta sit, comperiemus, si enumeramus ex a. d. III Non. Sept., octoginta dies vel paene tres menses esse, sin vero subducimus rationes ex a. d. IV Id. Iul., centum duodeviginti dies sive plus quam quattuor menses. Ut haec igitur congruant fieri non potest, si statuimus annum muneris exiisse a. d. IV Id. Iul., quemadmodum ceteris magistratibus.

1) ἐπιτριηράρχημα secundum Harpocr. s. v. τριηράρχημα· τὸ ἀναλισκόμενον μετὰ τὸν τῆς τριηραρχίας χρόνον, cf. etiam Pollux. I. 123, qui tamen solum de tempore post exactum legitimum annum loquitur, Boeckh. Staatsh.[2] I. pg. 702 et argumentum huius orationis.

2) cf. Aeschin. III. 19: τοὺς τριηράρχους ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος et (Dem.) L. § 50.

3) cf. C. I. A. II, 807 B v. 42 sqq.: τριήρεις τάσδε ἱππηγοὺς εἰς πλοῦν δοθείσας ἐκ τῶν νεωρίων ὁ δῆμος ἐψήφισται αὐτὰς καὶ τὰ σκεύη κατὰ πόλεμον ἀχρήστους γεγονέναι κατὰ ψηφίσματα, ἃ Δημάδης Δημέου Παιανι[εὺς] εἶπε· et II 791 v. 38: ταύτην δεῖ τὴν ναῦν Δη[μ]οχάρην δόκιμον καὶ ἐντελῆ [παραδοῦναι].

4) Ἐφ. ἀρχ. 1885 pg. 165 sq. v. 35: διαδικασίαν ἀπήνεγκαν περὶ ἀδικημάτων .... [π]ρὸς νεωρ[ίων] ἐ[πιμε]λητάς.

Digitized by Google

omnino non instruerent, etiam una navis binis civibus data est, cuius rei vetustissimum exemplum apud Lysiam [1]) invenimus, sed ne sic quidem res in melius se vertit, novum contra accessit malum, non raro enim fiebat ut trierarchus munus suum alteri locaret, sed si expeditio parum successit, locatores nihilominus in ius vocabantur [2]).

Quae vitia ut tolleret et rem navalem in meliorem statum restitueret populus, rogante Periandro, ab Ol. 105. 4 (357) symmoriarum descriptionem muneri trierarchi coepit adhibere; videlicet mille ducenti locupletissimi civium a strategis ex tabulis tribuum in viginti symmorias sunt divisi, per quas naves, quot quotannis opus erant, distribuerentur. Singulae autem naves modo binis, modo ternis, quinis, senis, etiam senis denis civibus attribuebantur, quibus nomen erat *συντελεῖς* [3]). Etiam hac in re trecentis locupletissimis ut *ἡγεμόσιν* et *ἐπιμεληταῖς τῶν συμμοριῶν* [4]) mandatum erat naves instruere et postea pecuniam a ceteris sodalibus pro portione exigere; sed ut antea etiam hi munus redemptoribus locare, et pecuniam ita in sodales dividere solebant, ut ipsi nihil penderent [5]), cui malo tandem lege sua trierarchica finem imposuit Demosthenes. Qui postquam in oratione „de Symmoriis" [6]) (Ol. 106. 4 (353)) egerat de re trierarchica emendanda, circa Ol. 110. 2 (339) legem tulit, qua abrogatis symmoriis cives secundum censum rei familiaris id munus suscipere deberent, ita ut denis talentis singulae naves attribuerentur. Si quis ergo decem talenta census erat, unam navem instruendam accipiebat; si quis viginti, duas naves; si quis triginta vel plus, tres; qui infra decem talenta censi erant cum aliis consociabantur, donec coniuncti illum censum aequarent, quo facto una iis navis attribuebatur et sumptus singuli pro

---

1) XXXII. 24 sq. (ad annum $4\frac{11}{10}$), Apollodoro etiam collegam fuisse patet ex huius orationis §§ 40 et 58.

2) cf. (Dem.) LI. 8: *τῶν τριηράρχων τοὺς μεμισθωκότας τὰς τριηραρχίας — παρεδώκατε εἰς τὸ δικαστήριον καταχειροτονήσαντες προδεδωκέναι τὰς ναῦς καὶ λελοιπέναι τὴν τάξιν.*

3) cf. Dem. XVIII. 104: *ἦν γὰρ αὐτοῖς ἐκ τῶν προτέρων νόμων συνεκκαίδεκα λητουργεῖν.* Harpocr. s. v. *συμμορία.*

4) cf. Dem. XVIII. 103, (Dem.) XLVII. 22 et 24.

5) cf. Dem. XVIII. 102 sqq., XXI. 155. 6) Dem. XIV.

Digitized by Google

portione pendebant. Demosthenes [1]) gloriatur se vitia prioribus legibus de trierarchia inhaerentia sustulisse, exinde nunquam triremem ab hostibus captam esse vel ad navigandum non paratam fuisse, ditissimos re vera munus suscepisse neque ad pauperes impensa deferre potuisse. Aeschines tamen mox, si Demostheni fides, derogationibus quibusdam hanc ordinationem mutavit a magistris symmoriarum instigatus [2]).

Sumptus huius muneris inter quadraginta minas et talentum fuit [3]), patet ergo locupletissimis modo civium et inquilinorum hoc praestandum fuisse; antiquioribus temporibus civibus summae classis obeundum fuit, postea, ut supra dixi, alia ratio est instituta, et etiam cives inferiorum classium et inquilini vel soli vel cum aliis coniuncti triremes parare debebant; si eiusdem muneris participes erant, quisque secundum rem familiarem contributionem pendebat.

Immunes erant orbi et filiae epicleri, illi etiam anno proximo postquam sui iuris erant facti, hae donec nupsissent, et novem archontes, neque cuiquam duo munera eodem anno praestanda erant [4]); praeterea alternis annis quivis immunis erat [5]), trierarchi vero munus praestare nemo nisi tertio quoque anno tenebatur [6]). Exceptis illis quos modo significavi, et honoris quidem causa, immunitas rarissime a populo dabatur, idque tantummodo munerum annuorum [7]).

Qui autem munus sibi iniuste impositum esse contenderet, et alium locupletiorem praetermissum, ei hunc provocare licebat ut aut munus ipse acciperet aut, si recusaret, rem familiarem secum permutaret, quod ante causam iudicatam facere debebat. Si permutatio erat accepta, intra tres dies [8]) iurati sibi

---

1) cf. XVIII. 102—109.

2) cf. Dem. XVIII. 312: *διτάλαντον δ'εἶχες ἔρανον δωρεὰν παρὰ τῶν ἡγεμόνων τῶν συμμοριῶν, ἐφ' οἷς ἐλυμήνω τὸν τριηραρχικὸν νόμον.*

3) cf. Boeckh, Seew. pg. 208 sq. 4) cf. Dem. XX. 19, (Dem.) L. 9.

5) cf. Dem. XXI. 8: *ἐνιαυτὸν διαλιπὼν ἕκαστος λῃτουργεῖ.*

6) cf. Isae. VII. 38: *καὶ τριηραρχῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλεσεν -- οὐδὲ δύο ἔτη διαλιπών, ἀλλὰ συνεχῶς,* Boeckh. Seew. pg. 175 sqq.

7) cf. Dem. XX. 18: *τῶν γὰρ εἰς τὸν πόλεμον καὶ τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως εἰσφορῶν καὶ τριηραρχιῶν — οὐδείς ἐστ' ἀτελὴς ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων.*

8) cf. (Dem.) XLII. 1: *ἀντὶ μὲν τοῦ τριῶν ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ὤμοσε τὴν ἀπόφασιν δοῦναί μοι τῆς οὐσίας τῆς αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον — οὐδέτερα τούτων ἐποίησεν.*

Digitized by Google

invicem inventarium rerum suarum dare debebant; domus autem et horrea obsignabantur, ne dominus furtim aliquid celaret, et si res ad concordiam adduci non potuisset, Heliastae secundum illa inventaria munus adiudicabant. Inventarium inter alia continere debebat iumenta, mancipia, fruges [1]), excipiebantur vero quae quis in argentifodinis et cleruchiis vel cum aliis communia possidebat [2]); una cum re familiari etiam aes alienum permutatione ab adversario accipiendum erat. Saepe autem ex illa permutatione actiones natas esse, cum alter adversariorum dolose se gessisset, vel vi aliquid alteri ademisset ante adiudicationem, manifestum est ex orationibus apud Lysiam, Isocratem et Demosthenem hac de re scriptis.

---

1) cf. Lys. IV. 1.

2) (Dem.) XLII. 18: *ἀποφαίνω τὴν οὐσιαν τὴν ἐμαυτοῦ ὀρθῶς καὶ δικαίως, πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς ἀργυρείοις, ὅσα οἱ νόμοι ἀτελῆ πεποιήκασιν.*

Digitized by Google

Digitized by Google

[ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ]

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΛΕΑ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΠΙΤΡΙΗΡΑΡΧΗΜΑΤΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἀπολλόδωρος ὁ Πασίωνος τριηραρχήσας Φιλοτίμως τὸν ὡρισμένον χρόνον, ἐπετριηράρχησεν ἕτερον οὐκ ὀλίγον, τοῦ διαδόχου Πολυκλέους *μὴ ἐλθόντος παραχρῆμ' ἐπὶ τὴν ναῦν, τοῦτο δ', ὅτ' ἦλθεν, οὐ παραλαβόντος εὐθέως, ἀλλὰ σκηψαμένου περιμένειν τὸν συντριήραρχον. τοσούτου δὲ χρόνου τοῦ ἐπιτριηραρχήματος ἀξιοῖ κομίσασθαι τὸ ἀνάλωμα παρὰ* Πολυκλέους *Ἀπολλόδωρος.*

ΥΠΟΘΕΣΙΣ (Argum. a. m. rec S) — *διαδόχου* Πολυκλέους Blass. *δ. τοῦ* Π. v., *δ. αὐτοῦ* Π. S F Dindorf. (h). — *τοῦτο δ'* Baiter: *τούτου δε.* — (*περιμένειν* Reiske: *παρα-*) — *τοῦ ἐπιτριηραρχήματος* Blass: *ἐπιτριηραρχοῦντος* (h). (*Ἐπιτριηραρχουμένου* ci. Sauppe coll §§ 29, 33, 39, verum et hiatus relinquitur et desideratur perfectum.)

---

§ 1 Prooemii consilium cum nullum sit aliud, quam ut auditorem, quo sit nobis in ceteris partibus accommodatior, praeparemus (Quintil IV, 1, 5), orator more solito iudices attentos reddere conatur et sibi benevolos, gravem esse causam contendens, non enim mere privatam esse, sed etiam agi rem publicam affirmat et in summo versari periculo legum auctoritatem, simul merita sua erga rempublicam praedicans. cf. Cornif. I, 4. 7: attentos habebimus (iudices) si pollicemur nos de rebus magnis, novis, inusitatis verba facturos, aut de iis rebus, quae ad rem publicam pertineant, et I, 5. 8: ab nostra persona benivolentiam contrahemus, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus, atque in rem publicam quales fuerimus .... referemus. Cic. de Inv. I. 16. 22 et 23.

Pertinere ad ipsos litem monet iudices, Polyclem enim non magis sibi quam iis iniuriam intulisse; est igitur *προοίμιον ἐκ διαβολῆς*, quale apud Lysiam fere semper invenimus, cf. Volkmann. (Die Rhetorik der Griechen u Römer ²) pg. 131. Ulpiani vero praeceptum ad XIX pg. 203: *φυλακτέον δὲ ἐν προοιμίοις ἐπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων ποιεῖσθαι τὰς διαβολάς*, non observat noster statim Polyclem nominans, quod idem facit in exordiis orr. XLVI, XLIX et LIX.

Digitized by Google

2

Τοῖς τοιούτοις τῶν ἀγώνων ὦ ἄνδρες δικασταὶ καὶ τοὺς διαγνω- 1206 I
σομένους προσήκει μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν. οὐ γὰρ ἐμὸς καὶ Πολυκλέους ἴδιός ἐστιν ὁ ἀγὼν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως κοινός. ὧν γὰρ τὰ μὲν ἐγκλήματα ἴδιά ἐστιν, αἱ δὲ βλάβαι κοιναί, πῶς οὐχ ὑπὲρ τούτων εἰκός ἐστιν ἀκούσαντας ὑμᾶς ὀρθῶς διαγνῶναι;

τοῖς τοιούτοις τῶν ἀγώνων.] Causa *ἀγών* vocatur, vox ab oratoribus cum aliis multis ad iudicia pertinentibus de re militari deprompta. In orationibus pro Apollodoro scriptis variantur vocabula *ἀγών* et *δίκη* idque pertenui discrimine, aliquanto tamen saepius *δίκη* usurpatur, nempe quater tricies, *ἀγών* vero octies decies, in or. LII modo invenitur *δίκη*, ut in nostra modo *ἀγών*. Demosthenes in concionibus perraro utitur voc. *δίκη*, sensu *litis*, ut in or. XVIII ter, nempe § 121 et bis § 150, in or. XIX non usurpat, in aliis tamen orationibus multo saepius adhibet voc. *δίκη*, ut in or. XXI quater decies, voc *ἀγών* contra octies, in orr. XXX et XXI voc. *δίκη* quinquies decies, voc. *ἀγών* bis tantum.

ὦ ἄνδρες δικασταί] redit haec allocutio undecies in §§ 68, semel ergo in $5\frac{2}{3}$ §§. De usu huius formulae vide Sigg (der Verfasser neun angeblich von Demosthenes für Apollodor geschriebener Reden, in Jahrb. f. cl. Philol. 6ter Suppl. Bd. 1872/73) pg. 419, et Schimmelpfeng (Orationes quae sunt in Macartatum et in Olympiodorum et in Lacriti exceptionem sub Demosthenis nomine traditae, num unius eiusdemque oratoris esse iudicandae sint. Marp. 1887) pg. 37 accurata enumeratione invenit hac allocutione semel et nonagies in §§ 322 usum esse Demosthenem, i. e. semel in $3\frac{1}{2}$ §§; adhibet igitur hanc formulam fere alterum tantum quam noster.

διαγνωσομένους] *διαγιγνώσκειν* est *diiudicare*, *διάγνωσις iudicium* et *diiudicatio* cf. Isaeus. I. 21. Moeris explicat vocabulo *διαδικασία*, cf. lex. ed. Pierson pg. 125, ubi vide annotationem.

μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν] cf. ad. § 2.

Πολυκλέους] omisso articulo.

In hac oratione nomina propria bis centies ponuntur sine articulo et quinquagies quinquies articulus additur, ut Uhle (Quaestiones de orationum Demosthenis falso addictarum scriptoribus, pars I) pg. 79 demonstravit. Ergo cum semel articulus additur, bis omittitur. Sigg. l.l. pg. 430 ex sedecim orationibus genuinis computavit articulos a Demosthene nominibus propriis additos fere quintam partem facere omissorum. Fox tamen ex or. *ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν* ut si semel cum articulo ponit Demosthenes, bis id omittat. Quoniam vero nomina propria tam saepe occurrunt, ut non fortuita esse possit ea ratio, plurimum haec res valet in diiudicando utrum orationes genuinae sint necne.

ὧν γὰρ τὰ μὲν ἐγκλήματα — πῶς οὐχ ὑπὲρ τούτων εἰκός ἐστιν — διαγνῶναι;] figura quae dicitur: *interrogatio rhetorica*, hic, ut saepe ab oratoribus non interrogandi causa adhibetur, sed est acrior quaedam et vehementior affirmatio, cum is, qui dicit, rogando quasi intelligentiam et sensum communem imploret auditoris eique rem, quam profert aestimandam permittat, Vid. Straub (de tropis et figuris cett. progr. Gymn. Aschaffenburgensis 1883) pg. 94 Sigg. l.l. pag. 420 sq. Kühner (Ausf. Gramm.) II^{2}, 2, pg. 1020. 5. Octies noster hanc figuram usurpat cf. §§ 28 bis, 62 bis, 64, 67 bis.

τὰ μὲν ἐγκλήματα] *ἔγκλημα* est *incusatio*, *ἐγκαλεῖν incusare;* usurpantur haec verba et de re controversa et de reo, cf. I. H. H. Schmidt (Handbuch der lat. u. gr. Synonymik) 10. 3. De discrimine inter *ἐγκαλεῖν* et *κατηγορεῖν* cf.

Digitized by Google

εἰ μὲν γὰρ περὶ ἄλλου τινὸς συμβολαίου ἐγὼ διαφερόμενος πρὸς Πολυκλέα εἰσῆειν εἰς ὑμᾶς, ἐμὸς ἂν ἦν καὶ Πολυκλέους ὁ ἀγών. νῦν δὲ περί τε διαδοχῆς νεώς ἐστιν ὁ λόγος καὶ ἐπιτριηραρχήματος πέντε μηνῶν καὶ ἓξ ἡμερῶν ἀνηλωμένου, καὶ περὶ τῶν νόμων, 2 πότερα κύριοί εἰσιν ἢ οὔ. ἀναγκαῖον δή μοι δοκεῖ εἶναι ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα διηγήσασθαι πρὸς ὑμᾶς. καὶ πρὸς θεῶν ἄνδρες δικασταί, δέομαι ὑμῶν, μή με ἡγήσησθε ἀδολεσχεῖν, ἐὰν διὰ μακροτέρων

§ 1. ἐμὸς ἂν ἦν] γε post ἐμὸς add A; fort. τ' addendum (Reiske).

§ 2. ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα A: ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς cf. XLIX, 4 (XLVII, 3) — ἄνδρες S: ὦ ἄνδρες — (μικροτέρων pr. S.) —

Isocr. XVI. 2. 3: τὰς μὲν γὰρ δίκας ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐγκλημάτων λαγχάνουσιν, τὰς δὲ κατηγορίας ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων ποιοῦνται. De Antithesi vide ad § 23.

εἰ μὲν γὰρ περὶ ἄλλου τινὸς συμβολαίου] συμβόλαιον hic de pactione inter privatos homines usurpatum esse verba sequentia docent cf. ad § 61 (συγγραφή).

εἰσῆειν εἰς ὑμᾶς] ut Dem. XXVIII. 17: βουλόμενος εἰς ὑμᾶς εἰσελθεῖν τὰς πρὸς τουτουσὶ δίκας, et initio: ὡς γὰρ τὰς δίκας ταύτας ἔμελλον εἰσιέναι κατ' αὐτῶν, Dem. XLV. 49 et (Dem.) XLVII. 16, Plat. Apol. pg. 29, C.: οὐ δεῖν ἐμὲ δεῦρο εἰσελθεῖν, non solum tamen de litigatoribus sed etiam de lite in usu fuit cf. Dem. XXI, 78: τότε μοι μελλουσῶν εἰσιέναι τῶν δικῶν, (Dem.) XXXIV, 18: μελλούσης τῆς δίκης εἰσιέναι εἰς τὸ δικαστήριον. Isaeus V. 31: μελλούσης τῆς πρὸς Λεωχάρην δίκης εἰσιέναι, sic Plat. Crito pg. 45 E: καὶ ἡ εἴσοδος τῆς δίκης εἰς τὸ δικαστήριον, significat ergo et *in ius vocare* et *in iudicium venire*. Hoc quem tractamus loco omissum est obiectum τὴν δίκην, quod fere semper additur.

νῦν δὲ περί τε διαδοχῆς νεώς — καὶ ἐπιτριηραρχήματος πέντε μηνῶν καὶ ἓξ ἡμερῶν ἀνηλωμένου.] cf. hac de re introductionis pg. XIII sq.

καὶ περὶ τῶν νόμων, πότερα κύριοί εἰσιν ἢ οὔ.] his verbis oratores saepe conantur animos iudicum infestos reddere reo, non minus enim de auctoritate legum, a reo in periculum adducta, quam de proprio damno litem esse. Significare volunt permagni se facere leges et eam ipsam ob causam reum in ius vocasse, quod eas violarit. cf. § 57 sq.

§ 2. ἀναγκαῖον δή μοι δοκεῖ εἶναι κτέ] a consuetudine recedendum esse putat orator et oportere totam rem ab ovo enarrare, quare ante omnia veniam deprecatur, si longius excurrat oratio, necessitatem enim urgere. Verbo tenus eadem dicit XLIX. 4.

ἅπαντα] huic oratori verba graviora in deliciis sunt, sic decies pronomine ἅπας utitur, ter modo πᾶς.

πρὸς θεῶν] cf. ad § 13.

ἀδολεσχεῖν] est *garrire*, i. e. multa verba facere de rebus nullius momenti cum taedio auditorum cf. Dem. VI, 32. Optime Theophrastus char. III garrulum describit: ἡ δὲ ἀδολεσχία ἐστὶ μὲν διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων· ὁ δὲ ἀδολέσχης τοιοῦτός ἐστιν, οἷος, ὃν μὴ γινώσκει, τούτῳ παρακαθεζόμενος πλησίον, πρῶτον μὲν τῆς αὐτοῦ γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον· εἶτα δ' τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον, τοῦτο διηγήσασθαι· εἶθ' ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ, τὰ καθ' ἕκαστα διεξελθεῖν. εἶτα δὴ προχωροῦντος τοῦ πράγματος λέγειν, ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων, κτέ.

Saepe usurpatur iuxta φλυαρεῖν, *nugari*, v. c. a Luciano Ver. Hist. 2. 17.

ἐὰν διὰ μακροτέρων διηγῶμαι] vide supra. Vulgo tamen pollicentur ora-

Digitized by Google

διηγῶμαι τά τε ἀναλώματα καὶ τὰς πράξεις, ὡς ἐν καιρῷ τε ἔκασται καὶ χρήσιμοι τῇ πόλει ἐδιακονήθησαν. εἰ μὲν γάρ τις ἔχει με ἐπιδεῖξαι ὡς ψεύδομαι, ἀναστὰς ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι ἐξελεγξάτω, ὅ τι ἂν μὴ Φῇ με ἀληθῆ λέγειν πρὸς ὑμᾶς· εἰ δ' ἐστὶν ἀληθῆ καὶ μηδεὶς ἄν μοι ἀντείποι ἄλλος ἢ οὗτος, δέομαι ὑμῶν
8 ἁπάντων δικαίαν δέησιν· ὅσοι μὲν τῶν στρατιωτῶν ἐστε καὶ παρῆτε 1207

(ἔκασται A: ἕκαστα) — (ἐδιακονήθησαν] δ'ἐδιακονήθησαν S, διεκονήθησαν A.) — ἀληθῆ λέγειν S: ἀληθὲς λεγ. cf. VII, 43 — (οὗτος ἢ ἄλλος S.) —

§ 8. ἐστε] ἦστε recte Cobet, nisi quod malim ἦτε. —

tores se διὰ βραχυτάτων vel δι' ἐλαχίστων causam enarraturos, quod etiam Cicero fieri iubet, cf. de Inv. I. 16. 23: Attentos autem faciemus (iudices) — et si pollicebimur nos brevi nostram causam demonstraturos. Dociles auditores faciemus, si aperte et breviter summam causae exponemus.

διηγῶμαι τά τε ἀναλώματα καὶ τὰς πράξεις, ὡς — ἔκασται — ἐδιακονήθησαν.] *Anticipatio.* cf. de hoc ordine verborum Krüger (Sprachl.) § 61, 6 et Kühner (Ausf. Gramm.) II[2] 2 pg. 1082 sq.

ἐδιακονήθησαν] διακονεῖν est (officia) *praestare*; nonnunquam coniungitur cum verbo ὑπηρετεῖν cf. Plat. Respubl. V pg. 467 A: πρὸς δὲ τῇ θέᾳ διακονεῖν καὶ ὑπηρετεῖν πάντα τὰ περὶ τὸν πόλεμον. Verbum apud Demosthenem raro invenitur, nempe IX, 43 διακονῶν, XIX, 69 διακονοῦντες et LI, 7 δεδιακονημένων, ubi var. lect. δεδιηκονημένων.

Rutherford Phryn. pg. 83 et 86 hoc verbum enumerat inter ea quae augmentum geminant, coll. Eur. Cyclope 406 ubi scribendum censet κἀδιηκόνουν, iniuria tamen, cf. Piers. ad Moerid. pg. 122.

ἔχει με ἐπιδεῖξαι] de verbo ἔχειν c. Infin. = *posse* cf. Kühner (Gramm.) II[2] 2, pg. 580 sq.

ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι] tempus litigantibus sive ad accusationem sive ad defensionem concessum clepsydra definiri solebat. *Clepsydra* erat vasculum quoddam in vicem coli graciliter fistulatum, per quod infusa aqua guttatim defluebat, Apul. Met. III. 8, et cf. Aristoph. Vesp. 93 c. Schol. Ultra tempus finitum dicere non licebat, nec adversario accusatorem vel reum interpellare. Orator tamen, ut quantum argumentationi suae confidat ostendat nonnunquam adversarium provocat ut tempore sibi demenso eam refellat. Unde natae sunt complures locutiones oratoriae cff. οὐ γὰρ ἱκανόν μοι τὸ ὕδωρ ἐστίν Dem. XLV. 47 cf. § 86, et λόγῳ μὲν γὰρ διηγήσασθαι οὐκ ἂν ἱκανόν μοι γένοιτο τὸ ὕδωρ (Dem.) XLVII. 82, νῦν δ' οὐδὲ διπλάσιόν μοι τούτου ὕδωρ ἱκανὸν ἂν γένοιτο (Dem.) LII. 3, νῦν δειξάτω ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι Dem. XVIII. 139, cf. XIX, 57 et passim apud oratores.

μὴ Φῇ] *neget.* Animadvertendum est, in oratione hypothetica saepe negationem οὐ apud verbum φημί remanere pro μή ex arcta coniunctione, cf. Plat. Apol. pg. 25 B: ἐάν τε σὺ καὶ Ἄνυτος οὐ φῆτε ἐάν τε φῆτε.

δέομαι] Insinuatione utitur; cf. Cic. de Inv. I. 16. 22: Benivolentia — comparatur ab nostra (persona) — si prece et obsecratione humili ac supplici utemur. Demosthenes in omnibus fere orationibus usus est petitione, etiam in concionibus cf. IV. 13, sed nunquam addit δέησιν δικαίαν, cf. Lortzing (de orr. quas Dem. pro Apoll. scripsisse fertur) pg. 61.

δέομαι-δέησιν] est *etymologica figura*, de qua vide Rehdantz Ind. I[2] s. v. *etymologica figura*, Lobeck Paralip. pg. 501 sqq., La Roche (Beiträge zur gr. Grammatik) pg. 186 sqq., Kühner (Gramm.) II[2] 1. pg. 261 sqq., Straub. l.l. pg. 137 sqq.

§ 3 ὅσοι μὲν τῶν στρατιωτῶν ἐστε (ἦστε Cob.) — αὐτοί τε ἀναμνήσθητε καὶ — φράζετε — ὅσοι

Digitized by Google

ἐκεῖ, αὐτοί τε ἀναμνήσθητε καὶ τοῖς παρακαθημένοις φράζετε τήν τ' ἐμὴν προθυμίαν καὶ τὰ συμβάντα ἐν τῷ τότε καιρῷ τῇ πόλει πράγματα καὶ τὰς ἀπορίας, ἵν' ἐκ τούτων εἰδῆτε ὁποῖός τίς εἰμι περὶ ἃ ἂν προστάξητε ὑμεῖς· ὅσοι δ' αὐτοῦ ἐπεδημεῖτε, σιγῇ μου ἀκοῦσαι διηγουμένου ἅπαντα πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστῳ, οἷς ἂν λέγω, τούς τε νόμους παρεχομένου καὶ τὰ ψηφίσματα, τά τε τῆς βουλῆς καὶ τὰ τοῦ δήμου, καὶ τὰς μαρτυρίας.

4 Ἑβδόμῃ γὰρ φθίνοντος μεταγειτνιῶνος μηνὸς ἐπὶ Μόλωνος ἄρχοντος, ἐκκλησίας γενομένης καὶ εἰσαγγελθέντων ὑμῖν πολλῶν καὶ μεγάλων πραγμάτων, ἐψηφίσασθε τὰς ναῦς καθέλκειν τοὺς

παρακαθημένοις v.: παρακαθεζομένοις S. Dindorf.

§ 4. (μεταγιτνιῶντος, tum μωλονος S.) — πολλῶν καὶ μεγάλων] καὶ πολλῶν καὶ δεινῶν A. —

δ' αὐτοῦ ἐπεδημεῖτε, σιγῇ μου ἀκοῦσαι κτέ] Orator ordinem verborum variavit, primum Imperativo utitur, deinde Infinitivo, ut δέομαι et cum Imperativo et cum Infinitivo copulari potest, vulgo tamen Infinitivus antecedit ut Lys. XXX. 6 post χρή (ubi Cobet cum Markland βουλεύσασθαι emendavit) et XXV. 20 post ἄξιον. Dem. XXI. 88 et 127 post δεῖ, XXII. 40. VI. 6 non Imperativus sed Indic. Futuri sequitur. cf. porro Westermann Commentat. in scriptores Graecos IV, pg. 11 sq.

ὁποῖός τίς εἰμι] *qualis vir sum.* ποῖος significans *qualis* semper cum pronomine τὶς coniungitur, omisso τὶς, ποῖος aliquid mirationis et irrisionis indicat cf. Cob. Nov. Lect. pg. 236 Misc. Crit. pg. 22.

ἐπὶ τούτων ἑκάστῳ, οἷς ἂν λέγω] Orator *attractionem* valde amat; quater et decies in hac oratione figuram hanc usurpat, cf. Uhle l.l. pg. 87 sqq. qui omnes locos in orationibus Apollodoro tributis enumeravit. Rhetores haec verba προκατάστασιν vocant, petitor enim προκαθίστησι τοὺς ἀκροατὰς πῶς δεῖ ἀκούειν τῶν πραγμάτων cf. Apsines in Walz. Rhet. Graec. V, pg. 353, Volkmann[2] l.l. pg. 149 et 152.

§ 4 Incipit narratio, quam oportet tres habere res: ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit, Cic. de Inv. I. 20. 28. cf. Cornif. I. 9. 14, Volkmann[2] pg. 158. Quamvis satis sit dilucida, tamen non brevis est et argumentatione permixta ut in introductione ostendimus. cf. hac de re Sigg. l.l. pg. 416 et Blass. Att. Bereds. pg. 470.

ἑβδόμῃ γὰρ φθίνοντος μεταγειτνιῶνος] i. e. die vicesimo quarto mensis Metagitnionis vel circa a. d. IV Idus Septembres. Athenienses menses in tres decades divisos habebant, primae nomen μὴν ἱστάμενος additum erat, secundae μὴν μεσῶν et tertiae μὴν φθίνων et apud sequiores interdum ἀπιών sive ἐξιών, in tertia decade dies ab ultimo numerabant. Calendis nomen erat νουμηνία, ultimo mensis diei ἕνη καὶ νέα. De re in vulgus notissima cf. Pollux I, 63, et Unger in Handbuch der klass. Alterthumswiss. ed. I. Müller I, pg. 564 sq.

ἐπὶ Μόλωνος ἄρχοντος] ergo Ol. 104. 3 i. e. 362 a. C. n.

ἐψηφίσασθε τὰς ναῦς καθέλκειν τοὺς τριηράρχους] eadem verba redeunt § 6, orator huius orationis amat repetitionem sententiarum, ita ut nauseam creet lectori cf. ad § 10 in fine.

Digitized by Google

τριηράρχους· ὧν καὶ ἐγὼ ἦν. καὶ τὸν μὲν καιρὸν τὸν συμβεβηκότα τῇ πόλει τότε οὐκ ἐμὲ δεῖ διεξελθεῖν, ἀλλ' ὑμᾶς αὐτοὺς ἀναμνησθῆναι, ὅτι Τῆνος μὲν καταληφθεῖσα ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐξηνδραποδίσθη, Μιλτοκύθης δ' ἀφειστήκει ἀπὸ Κότυος καὶ πρέσβεις ἐπεπόμφει περὶ συμμαχίας, βοηθεῖν κελεύων καὶ τὴν Χερρόνησον ἀποδιδούς,

ὑμᾶς αὐτοὺς S] αὐτοὺς ὑμᾶς cett. Codd.

καὶ τὸν μὲν καιρὸν τὸν συμβεβηκότα] καιρός sensu temporis praesertim *rerum adversarum* raro usurpatur, usitatius est *καιροί*, cf. etiam Xen. Hell. VI. 5. 33. Verbum *συμβαίνειν accidere* scriptor admodum frequenter usurpat, octies in hac oratione, undecies in reliquis ei tributis, bis autem sensu *τοῦ contingere, obvenire*, XLVII, 49 *συμβέβηκέ μοι τριηραρχία*, et LIII. 5, *συμβαίνει δή μοι τριηραρχία*.

Ἀλεξάνδρου] Alexander hic est Pheraeus, qui primum Atheniensium amicus (cf. Dem. XXIII. 120) postea hostis, tunc Tenum occupaverat, postquam proximo anno classem Atheniensium, duce Leosthene, profligavit apud Peparaethum, qua victoria bene usus Piraeum diripuit et antequam Athenienses ex urbe auxilio venire poterant, vela dederat. cf. de his temporibus (Dem.) LI. 8, Xen. Hell. VI. 4. 34 sq. Diod. XV. 95 et Polyaenus VI. 2. 2: (Ἀλέξανδρος) *συνέταξε τοῖς ἐπὶ τῶν νεῶν διὰ τάχους προσπλεῦσαι τῷ δείγματι τοῦ Πειραιῶς καὶ ἀπὸ τῶν τραπεζῶν ἁρπάσαι τὰ χρήματα. τῶν δὲ προσπλεόντων οἱ Ἀθηναῖοι φιλίας τὰς ναῦς εἶναι νομίσαντες ἀπεσκόπουν· οἱ δὲ ἀποβάντες τὸ πολεμικὸν ἐσήμηναν καὶ σπασάμενοι τὰς μαχαίρας ὥρμων ἐπὶ τὰς τραπέζας.*

§ 5 Μιλτοκύθης] regulus Thraciae, imperio Cotyis subiectus, ab illo defecit, sed ab Atheniensibus, a quibus auxilium petiverat desertus, victus est, cf. Dem. XXIII. 104, 115; postea a Charidemo Cardianis traditus una cum filio interficitur cf. XXIII. 169 sq.

Κότυος] Cotys Thracum regulus amicitiam erga Athenienses simulaverat, sed rerum potitus mentem mutavit et Iphicrate genero adiuvante, regni sui fines cum Atheniensium damno propagavit, cf. Dem. XXIII. 114 et 156. Superavit omnes duces ab Atheniensibus missos, neque Autocles nec Menon nec Timomachus contra eum agere quidquam potuerunt et tandem Ol. 105. 1. (360) Sestus ab eo est occupata. Eodem vero anno aut Ol. 105. 2 (359) necatus est a Pythone et Heraclida Aeniensibus, cf. Dem. XXIII. 119, Athenienses amissa se recuperaturos speraverant sed Cersobleptes Cotyis filius, adiutus a Charidemo ex Oreo, patris imperium servavit et Cephisodotus, dux Atheniensium, eum regem agnoscere coactus est. cf. Curtius Gr. Gesch. III. pg. 463 c. not. 30, qui Ol. 105. 2 (359) annum mortis ponit, Clinton tamen Fast. Hell. ed. Krüger Ol. 105. 1 (360), A. Schaefer Dem. I² pg. 153 sqq.

ἐπεπόμφει] scil. πρὸς ὑμᾶς Reiske.

τὴν Χερρόνησον ἀποδιδούς] Iam olim Atheniensium intererat in dicione tenere Chersonesum, ob commeatum cum regionibus circa Pontum Euxinum. Pisistrati autem aetate Miltiades Cypseli filius a Doloncis princeps erat delectus (cf. Herod. VI. 34 sq.), qui muro Cardiam Pactyae coniunxit, quo regnum suum a Thracibus defenderet. Mox Athenienses colonias ibi conditas in foedus suum asciverunt, Pericles vero circa Ol. 82. 3 (450) mille cives Athenienses eo misit *κληρούχους*. Vectigalis autem et socia haec regio Atheniensium erat una cum Aeolide, et oris Propontidis ac Bospori, continens quadraginta duas urbes. cf. Busolt in Handb. der Klass. Alterth. Wiss. ed. I. Müller IV. 1. pg. 212. Post bellum Peloponne-

Digitized by Google

Προκοννήσιοι δὲ σύμμαχοι ὄντες ἱκέτευον ὑμᾶς ἐν τῷ δήμῳ βοηθῆσαι, λέγοντες ὅτι ὑπὸ Κυζικηνῶν κατέχονται τῷ πολέμῳ καὶ κατὰ γῆν
6 *καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ μὴ περιιδεῖν ἀπολομένους· ὧν ἀκούοντες ὑμεῖς τότε ἐν τῷ δήμῳ αὐτῶν τε λεγόντων καὶ τῶν συναγορευόντων αὐτοῖς, ἔτι δὲ τῶν ἐμπόρων καὶ τῶν ναυκλήρων περὶ ἔκπλουν*

§ 5. Post *βοηθῆσαι* om. *αὐτοῖς* Blass cum A. —

§ 6. (verba *ὧν ἀκούοντες — αὐτοῖς* huc transposuit Dindorf.; in codd. infra post *ἀπεῖσθαι* leguntur) — *ὑμεῖς τότε* v.: *τότε ὑμεῖς* cf. XLIX, 13. —

siacum, ut omnes socii, coloniae ad Hellespontum sitae ad Spartanorum societatem se applicuerunt, non diu tamen; iam enim Ol. 97. 3 (390). Thrasybulus, e demo Styria, hanc regionem in potestatem Atheniensium redegit (cf. Xen. Hell. V. 8. 25 sqq., Dem. XX. 59 sqq.), a quibus mox ad alterum foedus est ascita. Sed ex eo inde tempore principes Thracum Chersonesum sibi vindicantes cum Atheniencibus de principatu certabant idque haud infeliciter, ex hoc enim loco patet Miltocythem eam occupavisse et *tunc ipsum reddere paratum esse*, auxilium ab Atheniensibus petentem contra Cotyn, quod tamen auxilium irritum fuit, praesertim machinationibus Cotyis. Timomachus enim Cotyi cedere coactus est, qui Abydenis auxiliantibus Sestum expugnavit et Theotimum ex illa urbe expulit, cf. Hyperides I. 1. Attamen Ol. 106. 4 (353). Chares Sestum recepit et Cersobleptes, Cotyis filius, urbibus Chersonesi, Cardia tantum excepta, cessit Atheniensibus cf. Diod. XVI. 34 et de altera societate Atheniensium, Busolt, Der zweite athenische Bund, Jahrb. f. Philol., Suppl. Bd. VII, 1874.

ἐν τῷ δήμῳ] *in comitiis* ut mox § 6 et passim apud oratores cf. etiam Xen. Hell. II. 2. 14.

§ 6. *ὧν ἀκούοντες ὑμεῖς κτέ.*] cf. ad § 14 initio. Hanc congeriem participiorum orator variat genitivis absolutis, mox substituens nominativum *καὶ ὁρῶντες*. Simillimus huic loco est XLIX, 18.

Sequitur polysyndeton, particula *τε* praeposita sequitur quater *καί*, et semel *ἔτι δέ* eius locum occupat, mox semel *τε* et sexies *καί*. cf. Straub. l. l. pg. 118.

ἔτι δὲ] amat orator initio enuntiatorum adhibere particulam *ἔτι δέ*, ut decies in hac oratione, in reliquis ei tributis undecies, cf. Uhle l. l. pg. 90. Nunquam vero utitur copulatione *ἔτι τοίνυν*, quam genuinus Demosthenes admodum saepe usurpat e. g. in or. XIX decies, *ἔτι δέ* modo semel, in XX ter, et *ἔτι δέ* bis, in XXI ter, et *ἔτι δέ* semel, in XXII modo ter *ἔτι τοίνυν*, in XXIII quinquies, in XXIV semel, et in XXVII semel, contra quinquies *ἔτι δέ*. In his sex orationibus Demosthenes *ἔτι τοίνυν* vicies sexies, *ἔτι δέ* contra novies usurpat.

τῶν ἐμπόρων καὶ τῶν ναυκλήρων] nempe Atheniensium.

ἔμπορος] *ὁ ἀγοράζων καὶ ἐπὶ ξένης πωλῶν. πέντε εἰσὶν αἱ διαφοραὶ τῶν πωλούντων· αὐτοπώλης, κάπηλος, ἔμπορος, παλιγκάπηλος, μεταβολεύς* cf. Schol. ad Aristoph. Plut. 1155.

ναύκληρος] navis dominus cf. Phot. s. v. *ὁ τῆς νεὼς κύριος καὶ ὁ ἐπιπλέων αὐτῇ*, Salmasius de Us. pg. 517, *ναύκληρος navicularius, navis magister ac dominus*, qui eam locat mercatori. Ex Harpocr. s. v. patet Hyperidem in orationibus *περὶ τοῦ ταρίχους* et *πρὸς Ἀριστογείτονα* hoc vocabulo etiam usum esse de eo qui mercede conductus est ut pensiones annuas pro locatis domibus vel insulis colligat, et ex Athen. V, 209 A concludi potest *ναύκληρον* cum gubernatore et proreta maleficia in navi commissa iudicare.

περὶ ἔκπλουν ὄντων] cum in eo essent ut ex Ponto Athenas navigarent.

Digitized by Google

ὄντων ἐκ τοῦ Πόντου, καὶ Βυζαντίων καὶ Καλχηδονίων καὶ Κυζικηνῶν καταγόντων τὰ πλοῖα ἕνεκα τῆς ἰδίας χρείας τοῦ σίτου, 1208
καὶ ὁρῶντες ἐν τῷ Πειραιεῖ τὸν σῖτον ἐπιτιμώμενον καὶ οὐκ ὄντα ἄφθονον ὠνεῖσθαι, ἐψηφίσασθε τάς τε ναῦς καθέλκειν τοὺς τριηράρχους καὶ παρακομίζειν ἐπὶ τὸ χῶμα, καὶ τοὺς βουλευτὰς καὶ

Καλχηδονίων corr. a. m. pr. S. Cum F Q: *καλκηδονίων* pr. S, *χαλκηδ.* A. Dindorf. —

Βυζαντίων — καταγόντων τὰ πλοῖα] κατάγειν τὰ πλοῖα non solum est *appellere navem*, sed etiam: *capitas naves in portum subducere*, §§ 32 en 37 κατάγεσθαι contra significat *devertere*. — Byzantini et Chalcedonii et Cyzici naves onerarias ex Ponto in patriam navigantes subducere solebant, ut vectigal imponerent. Multae naves inde frumentum Athenas vehebant, Attica enim satis frumenti non ferebat consumentibus et tertiam fere partem aliunde importari oportebat, praecipue ex Ponto, cf. Dem. XVIII. 87, XX. 31. Populus, ut ne annonae caritas aut fames exoriretur, multis legibus caverat ne frumentum exportaretur (cf. Schol. ad Dem. XXIV. 136), neve quis dardanarius coëmpto multo frumento pretium nimis augeret; etiam mercatores peregrini Piraei portum intrantes ibi duas partes venditare tenebantur. Quarum legum custodes *sitophylaces* et *curatores emporii* erant. cf. hac de re Lys. κατὰ τῶν σιτοπωλῶν, Harp. s. v. ἐπιμελητὴς ἐμπορίου, Schoemann, Gr. Alterth. I pag. 419 et 527.

Byzantini et urbium ad Hellespontum incolae cum inopia laborarent, multas naves, Athenas navigantes subducebant, et mercatores frumentum ipsis vendere cogebant, quapropter Athenienses possessionem harum urbium aut societatem magni aestimabant et usque ad bellum sociale anni 357 paene semper Byzantium et Chalcedon eorum socii erant.

ὁρῶντες — τὸν σῖτον ἐπιτιμώμενον] *animadvertentes pretium frumento accedere.* ἐπιτιμᾶν, quod vulgo significat *exprobrare*, sensu τοῦ *pretium alicuius rei augere*, raro usurpatur cf. Diph. ap. Athen. V, 228 B. fragm. Ἐμπόρου: τὸν ξενικὸν οἶνον ἐπιτετίμηκας πολύ, et (Dem.) XXXIV, 39: ὅτε δ' ὁ σῖτος ἐπετιμήθη πρότερον καὶ ἐγένετο ἑκκαίδεκα δραχμῶν. Ael. V. H. 10. 50, App. B. C. 5. 67. Herodotus usurpat ἀνατιμᾶν, cf. IX. 33 et ita posteriores. Substantivum autem ἐπιτίμησις, *caritas annonae*, raro occurrit, nec nisi apud posteriores, nam apud scriptores classicos semper est *opprobrium* cf. Thuc. VII. 48. 3.

παρακομίζειν] positum sensu τοῦ *transvehere navem ad aggerem* hoc solo loco invenitur, proprium vero verbum hac de re videtur esse περιορμίζειν, cf. (Dem.) LI. 4 et Pollux I. 122, qui hanc orationem et sequentem laudat.

ἐπὶ τὸ χῶμα] χῶμα erat agger in parte quadam portus Piraei prope Eetioneam (cf. Hell. II. 3. 46, Thuc. VIII. 90. 1), cui naves alligabantur et ubi instruebantur et examinabantur, saepe Senatus huc convocabatur a prytanibus quando expeditio parabatur. C. I. A. II N°. 809 col. b, v. 15 sq. τοὺς δὲ πρυτάνεις ποιεῖν βουλῆς ἕδραν ἐπὶ χώματι περὶ τοῦ ἀποστόλου συνεχῶς, ἕως ἂν ὁ ἀπόστολος γένηται cf. Pollux. IX. 34: τὰ περὶ τοὺς λιμένας μέρη· δεῖγμα, χῶμα, ἐμπόριον καὶ ἐξαίρεσις, ὡς Ὑπερίδης φησὶν ἐν τοῖς ὑπὲρ τοῦ ταρίχους. Fallitur auctor argumenti or. LI: τὸ χῶμα δὲ ἦν οἰκοδόμημα ἐν τῷ λιμένι προβεβλημένον προσορμίσεως ἕνεκα καὶ ἀγορᾶς τῶν ναυτῶν.

Cf. Wachsmuth, die Stadt Athen im Alterthum II, 1, pg. 94 sq.

καὶ τοὺς βουλευτὰς καὶ τοὺς δημάρχους καταλόγους ποιεῖσθαι — καὶ ἀποφέρειν ναύτας]

Digitized by Google

τοὺς δημάρχους καταλόγους ποιεῖσθαι τῶν δημοτῶν καὶ ἀποφέρειν ναύτας, καὶ διὰ τάχους τὸν ἀπόστολον ποιεῖσθαι καὶ βοηθεῖν ἐκασταχοῖ. καὶ ἐνίκησε τὸ Ἀριστοφῶντος ψήφισμα τουτί.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

7 Τοῦ μὲν ψηφίσματος τοίνυν ἀκηκόατε ὦ ἄνδρες δικασταί. ἐγὼ

§ 7. τοίνυν om. A. confirmant τοίνυν h. l. similes loci LIX, 17, 79. —

Athenis decem strategi quotannis tabulas conficiebant continentes nomina eorum, quibus militandum foret, et plebiscito edito quo significabatur quot annos nati et quando ad militiam vocarentur, delectum habebant, cf. Lys. XIV. 21, Lycurg. Leocr. 57: παρασχεῖν τὸ σῶμα τάξαι τοῖς στρατηγοῖς, ibid. 147: οὐ παρασχὼν τὸ σῶμα τάξαι τοῖς στρατηγοῖς, Dem. IV. 21, III. 4: ἐψηφίσασθε — τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτοὺς ἐμβαίνειν. Schoemann Antiq. Iur. publ. Graec. pg. 254 not. 24, hoc quem tractamus loco nisus credit has tabulas a demarchis et senatoribus confectas esse, qui etiam extraordinarios legebant milites et nautas, et secundum has tabulas modo strategos, modo taxiarchos delectum habuisse coll. Lys. XIV. 6: σκέψασθε δὲ τίνες εἰσὶν οὓς δεῖ παρεῖναι, οὐχ οἵτινες ἂν τὴν ἡλικίαν ταύτην ἔχωσιν; οὐχ οὓς ἂν οἱ στρατηγοὶ καταλέξωσιν; et IX. 4. ἀφικόμενος προπέρυσιν εἰς τὴν πόλιν, οὔπω δύο μῆνας ἐπιδεδημηκὼς κατελέγην στρατιώτης. αἰσθόμενος δὲ τὸ πραχθὲν ὑπετοπούμην εὐθέως ἐπὶ μηδενὶ ὑγιεῖ κατειλέχθαι. προσελθὼν οὖν τῷ στρατηγῷ ἐδήλωσα ὅτι ἐστρατευμένος εἴην, ἔτυχον δὲ οὐδὲν τῶν μετρίων· cf. etiam Aristoph. Pax 1180—1183. Ex quibus locis tamen patet olim strategos et taxiarchos quoque tabulas confecisse, ex hoc vero, anno 862 demarchis et senatoribus id munus mandatum fuisse. Schoemann tamen assentiri non ausim, tantum modo affirmare possumus, demarchos et senatores huic muneri interfuisse, qua in sententia etiam stat Hermann, Lehrb. der Gr. Antiq. 1892 I^{6}. 2. pg. 640 sq.: „Welches Verhältnis und ob überhaupt irgend eines zwischen den τάξεις oder den λόχοι und den Demen bestanden habe, ist unklar, obgleich die Demarchen neben dem Rate bei der Aushebung beteiligt erscheinen", et not. 1 „Die ἄρχοντες bei Aelian V. H. XIII. 12 werden aber wie bei Lys. XVI, 16 oder XIV, 21 nur die Strategen selbst sein".

ἀποφέρειν] hoc loco significat *tabulas conficere* remigum, eodem sensu usurpatur § 8: ἀπενεγκεῖν τοὺς προεισοίσοντας, cf. etiam Lys. XVI. 6: ἐψηφίσασθε τοὺς φυλάρχους ἀπενεγκεῖν τοὺς ἱππεύσαντας.

διὰ τάχους] cf. ad § 12.

τὸ Ἀριστοφῶντος ψήφισμα τουτί] τουτί quasi digito monstrat plebiscitum quod scriba continuo recitabit.

Aristophon, qui paulo post, Callistrato capitis damnato ob cladem ad Peparaethum et direptionem Piraei, summam in re publica potentiam nactus est, Thebanis favebat, cf. Dem. XVIII. 162, Aeschin. III. 138. Is tum populo persuasit ut quam celerrime auxilium mitteret ad oram Thraciam, cf. de Aristophonte Curtius Gr. Gesch. III pg. 462 sq. et in primis A. Schæfer Dem. I^{2} pg. 140 sqq.: cf. ad § 4—6, locum pessime compositum, XLIX, 9 sqq.

§ 7. τοίνυν] in hac § bis invenitur, priore loco est particula conclusiva, significans „igitur", posteriore copulativa: „porro", cf. de usu huius part. Kühner (Gramm.) II^{2} 2 pg. 857, 4, et Fox ad Dem. ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν § 4.

Digitized by Google

δ' ἐπειδή μοι οὐκ ἦλθον οἱ ναῦται οἱ καταλεγέντες ὑπὸ τῶν δημοτῶν, ἀλλ' ἢ ὀλίγοι καὶ οὗτοι ἀδύνατοι, τούτους μὲν ἀφῆκα, ὑποθεὶς δὲ τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ καὶ δανεισάμενος ἀργύριον, πρῶτος ἐπλήρωσάμην τὴν ναῦν, μισθωσάμενος ναύτας ὡς οἷόν τ' ἦν ἀρίστους, δωρειὰς καὶ προδόσεις δοὺς ἑκάστῳ αὐτῶν μεγάλας. ἔτι δὲ σκεύεσιν ἰδίοις τὴν ναῦν ἅπασι κατεσκεύασα, καὶ τῶν δημοσίων

ἅπασι A: ἅπασαν. —

ἐπειδή] cf. ad § 24.

οὐκ ἦλθον οἱ ναῦται — ἀλλ' ἢ ὀλίγοι] cf. de origine huius dicendi modi οὐκ — ἀλλ' ἤ Kühner (Gramm.) II[3] 2 pg. 824 6 c. an. 3, 4 et 5, redit eadem conformatio § 14 καὶ μίσθος οὐκ ἀπεδόθη τοῖς στρατιώταις ἀλλ' ἢ δυοῖν μηνοῖν, et § 60 ὥστε μὴ δύνασθαι ἔτι αὐτὴν βοηθῆσαι τοῖς ἐμοῖς πράγμασιν ἀνηλωμένοις ἀλλ' ἢ βραχέα, quibus locis ἀλλ' ἤ congruit cum πλήν. In aliis orationibus Apollodoro tributis nusquam hanc formulam invenies.

Admodum tamen frequenter in antithesi noster coniunctionibus utitur οὐκ (μή) — ἀλλά (δέ), in hac oratione undecies, nempe §§ 4, 23, 38, 44, 45, 51, 61, 63, 66 et 67 cf. porro Uhle l.l. pg. 91.

οἱ καταλεγέντες ὑπὸ τῶν δημοτῶν] Cum supra dixerit orator, senatoribus et demarchis ex plebiscito mandatum fuisse, tabulas conficere τῶν δημοτῶν, hoc loco pro δημοτῶν δημάρχων scribendum esse mihi constat.

καὶ οὗτοι] *et hi quidem, iique* cf. Kühner (Gramm.) II[3] pg. 557, 8 et Krüger (Sprachl.) § 51, 7, a. 18.

ὑποθείς] ὑποτιθέναι est *fundamenta iacere*, et *pignori dare;* etiam metaphorice usurpatur cf. Dem. XIX, 252, τὸν ἴδιον κίνδυνον ὑποθείς, *suo periculo.*

Verbum medium siguificat *suadere*, *ponere* et *pignus accipere*, subst. ὑποθήκη *consilium*, *pignus.*

δανείζω] est *mutuum dare*, δανείζομαι *mutuum sumere*, cf. Pollux III. 84: ὑποθήκην θεὶς ὁ δανειζόμενος, ὑποθήκην θέμενος ὁ δανείζων. Confusionem activi et medii, quam citat Lobeck ad Phryn. pg. 467 sq. auctoribus Lex. Rhet. Bekk. pg. 239, Etym. Magn. pg. 248. 23, Eustath pg. 1807. 7, etiam Pollux III. 85, apud scriptores non inveni, semper bene distinguunt cff. e. g. §§ 55 et 56 huius orationis et or. XLIX passim.

πρῶτος ἐπλήρωσάμην τὴν ναῦν] his verbis magnam suam diligentiam indicat, Athenienses autem hanc diligentiam magni fecisse apparet ex argumento orationis LI.

ἐπλήρωσάμην] *navem remigibus instruere* plerumque vocatur πληροῦν, nonnunquam tamen forma media usurpatur cf. § 15 et ad § 32, Dem. XXI. 154, (Dem.) XVII. 28, Isaeus XI. 48, Xen. Hell. VI. 2. 14, ubi Cobet edidit ἐπλήρου, ceteri ἐπληροῦτο.

ὡς οἷόν τε] c. Superlativo bis hoc §. cf. (Dem.) XXXV. 6, XLIII. 32, XLVIII. 2. 6.

δωρειάς] non δωρεάς, ut vulgo fit, scribendum esse docet Meisterhans[3] pg. 31, 11 et 34, 13.

προδόσεις] nautis et militibus classiariis arrham dari ex hoc loco patet, cf. etiam de hoc voc. Pollux VII, 194: Ἑρμιππος δὲ ἐπὶ τοῦ προπιστευθέντος ἄνευ ἀργυρίου πίνειν ἐν καπηλείου, προδόσει πίνειν εἴρηκεν, apud oratores vocabulum nusquam alibi inveni.

σκεύεσιν ἰδίοις — κατεσκεύασα καὶ τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδέν] his verbis iterum diligentiam suam indicat, cf. Introductionis pg. XIII, redeunt haec §§ 26 et 27 et simile quid narrat XLVII. 23, οὐδεπώποτε ἔλαβον σκεύη ἐκ τοῦ νεωρίου, ἀλλ' αὐτὸς ἰδίᾳ παρεσκεύαζον, eodem modo scriptor ora-

Digitized by Google

ἔλαβον οὐδέν, καὶ κόσμῳ ὡς οἷόν τ' ἦν κάλλιστα καὶ διαπρεπέστατα τῶν τριηράρχων. ὑπηρεσίαν τοίνυν ἣν ἐδυνάμην κρατίστην
8 ἐμισθωσάμην. οὐ μόνον τοίνυν ὦ ἄνδρες δικασταὶ τὰ κατὰ τὴν τριηραρχίαν ἀνήλισκον τότε οὕτω πολυτελῆ ὄντα, ἀλλὰ καὶ τῶν χρημάτων ὧν εἰς τὸν ἔκπλουν ἐψηφίσασθε εἰσενεχθῆναι μέρος οὐκ ἐλάχιστον ἐγὼ ὑμῖν προεισήνεγκα. δόξαν γὰρ ὑμῖν ὑπὲρ τῶν δημοτῶν τοὺς βουλευτὰς ἀπενεγκεῖν τοὺς προεισοίσοντας τῶν τε δημοτῶν καὶ τῶν ἐγκεκτημένων, προσαπηνέχθη μου τοὔνομα ἐν τριττοῖς

§ 8. οὐ μόνον τοίνυν] καὶ οὐ μόνον A. — ἐγὼ om. A. — τοὺς βουλευτὰς] τοὺς δημάρχους καὶ τοὺς βουλευτὰς Meier coll. § 6. —

tionis LI ostendit se paratum fuisse ad sumptus pro re publica faciendos cf. § 5 illius orationis.

Obtinet hic figura cui nomen σχῆμα κατ' ἄρσιν καὶ κατὰ θέσιν· ὅπερ συνίστασι ἐκ τῆς „οὔ" καὶ τῆς ἐναντίας αὐτῇ, καὶ μάλιστα τοῦ „ἀλλά" συνδέσμου, εἰ καὶ πλεῖστοι ἕτεροι εὑρίσκονται, Anonym. περὶ σχήματος 8 pg. 637 W. cf. Rehdantz. Ind. I pg. 8 s. v. ἄρσις. Francken comm. Lys. pg. 88 sq. (ad Lys. XIII. 19) plurima exempla collegit talis consociationis contrariorum.

§ 8. οὐ μόνον τοίνυν] sic etiam proximum enuntiatum praecedenti iungit particula τοίνυν, eodem modo iungit enuntiata §§ 11, 14, 17, 24, 27, 29, 38, 53, 57, 63 et 67, item in aliis orationibus frequenter adhibet cf. Uhle l.l. pg. 92.

τὰ κατὰ τὴν τριηραρχίαν — οὕτω πολυτελῆ ὄντα] de sumptibus trierarchiae cf. Introductionis pg. XVI.

τότε οὕτω πολυτελῆ ὄντα] De his verbis cf. Introductionis pg. V sq.

προεισήνεγκα] quid sit εἰσφέρειν et προεισφέρειν exposui Introductionis pg. XI sq.; de formis ἤνεγκον cet. et ἤνεγκα, ἤνεγκα cet. videatur Meisterhans[2] pg. 146, 6 c. annot.

δόξαν] accusativus absolutus cf. Kühner (Gramm.) II[2] pg. 646 sq., La Roche (Beiträge zur gr. Gramm.) pg. 210 sqq. Ter in nostra oratione eo est usus orator cf. §§ 12 et 22. Quamquam verus Demosthenes acc. absol. persaepe usurpat, nec δόξαν nec προσταχθέν usquam in aliis orationibus sive genuinis sive spuriis invenitur.

τῶν ἐγκεκτημένων] Quoties tributum pendendum erat, locupletissimi civium et ἰσοτελῶν non solum in pago, ubi eorum nomina in tabulas erant relata, suppeditare debebant, sed etiam in iis pagis, ubi praedia possidebant, hi sunt ἐγκεκτημένοι. Attamen non omnes ἰσοτελεῖς inter ἐγκεκτημένους erant, sed solum ii quibus ius aedes et praedia acquirendi in Attica datum est, quod disertis verbis addi solet. cf. C. I. A. II. 413, v. 27 sqq.: εἶναι [αὐτὸ]ν ἰσοτελῆ καὶ αὐτὸν καὶ [ἐκγόνους καὶ ο]ἰκίας αὐτοῖς [εἶναι ἔγκτησιν Ἀθή]νησιν, et δελτ. ἀρχαιολ. 1888 pg. 224 No. 3 v. 3 sqq.: δ[εδόσθαι] αὐτοῖς ἰσοτέ[λε]ιαν οἰκο[ῦσιν Ἀ]θήνησιν [κ]αὶ τ[ὰ]ς εἰσφορὰς εἰσφέρειν καὶ τὰ τέλη τελεῖν καθάπερ Ἀθηναῖοι ..... ε[ἶ]ναι δὲ αὐτοῖς καὶ γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν. Hoc beneficium etiam civitatibus et peregrinis datum est cf. C. I. A. I. 59 v. 30 sqq. et plebiscitum Byzantinorum in Dem. XVIII. 91. Schoemann qui Alterth. I pg. 356 et Antiq. pg. 191 contendit ἔγκτησιν coniunctam esse cum ἰσοτελείᾳ, nisus Boeckh. Staatsh.[3] I. pg. 197 c., inscriptionibus redarguitur cf. Hermann Gr. Antiq. I[6]. 2. pg. 428 sqq.

μέρος οὐκ ἐλάχιστον] cf. ad § 18.

ἐν τριττοῖς δήμοις] τριττοῖς

Digitized by Google

9 δήμοις, διὰ τὸ φανερὰν εἶναί μου τὴν οὐσίαν. καὶ τούτων ἐγὼ, οὐδεμίαν πρόφασιν ποιησάμενος, οὐδ' ὅτι τριηραρχῶ καὶ οὐκ ἂν 1209
δυναίμην δύο λητουργίας λητουργεῖν οὐδὲ οἱ νόμοι ἐῶσιν, ἔθηκα τὰς

§ 9 οὐδ' ὅτι Blass] οὔτε ὅτι codd., ὅτι Dobrae Dindorf. — ἅμα ante δύο inser. v. Herwerden, Mnem. 1875. —

apud Demosthenem non nisi hoc loco invenitur, idem significat ac τρισίν cf. porro Plat. Res publ. VI. 504 A: τριττὰ εἴδη ψυχῆς διαστησάμενοι, IX. 580 D. e. a. Herodotus usurpat formam Ionicam τριξός eodem sensu cf. I. 171 et IX. 85 τριξὰς ἐποιήσαντο θήκας.

διὰ τὸ φανερὰν εἶναί μου τὴν οὐσίαν] quinquies in hac oratione Infinitivus substantive usurpatus est, quater cum praep. διά cf. §§ 8, 9, 12 et 56, semel cum praep. ἐπί, nempe § 16. Sigg. l.l. pg. 429 sq. ex hoc usu Infinitivi probat hanc orationem a Demosthene scriptam non esse, nempe apud Demosthenem, hic usus semel in quinis §§ occurrit, in nostra semel in $18\frac{2}{5}$ §§. cf. porro de hoc usu Inf. Stix (zum Gebrauch des Infinitiv mit Artikel bei Dem. progr. Gymn. Rotevillensis 1881) pg. 18 et 30, et Uhle l.l. pg. 84 sq.

§ 9. καὶ τούτων — ποιησάμενος, οὐδ' ὅτι τριηραρχῶ καὶ οὐκ ἂν δυναίμην — οὐδὲ οἱ νόμοι ἐῶσιν] sic Blass, mutans οὔτε ὅτι in οὐδ' ὅτι, iniuria opinor. οὐδέ (μηδέ) — οὐδέ (μηδέ) enim significat: *nequidem — neque* cf. Xen. Anab. III. 1, 27: σύ γε οὐδὲ ὁρῶν γιγνώσκεις οὐδὲ ἀκούων μέμνησαι; *ne videns quidem cernis, neque audiens meministi*, Comm. III. 12, 5. Plat. Res publ. pg. 391. C: μὴ τοίνυν μηδὲ τάδε πειθώμεθα μηδ' ἐῶμεν λέγειν: *ne haec quidem credamus neque dici patiamur*, secundum Blass Apollodorus ergo dicit: *quorum ego nihil praetendens, ne quod trierarchus sum quidem nec duo munera recipere possem, nec leges sinunt, primus pecuniam suppeditavi.* Apollodoro tale quid propositum fuisse, quis est qui credat? quod autem codices habent omnes: καὶ τούτων — οὔτε ὅτι τριηραρχῶ — οὐδὲ οἱ νόμοι ἐῶσιν significat: *quorum ego nihil praetendens, nec quod trierarchus sum nec duo munera recipere possem, neque vero leges sinunt, primus pecuniam suppeditavi*, quae ipsa, me iudice, mens Apollodori fuit, nec quidquam mutandum est Cf. de οὔτε-οὐδέ Kühner (Gramm.) II², 2 pg. 880 g, ubi exempla multa collecta sunt. Lortzing anacoluthiam haec verba vocat, qualis tamen apud Demosthenem nusquam exemplum invenitur, et sic explicat cf. pg. 63: „orator dicturus οὔτε ὅτι τριηραρχῶ καὶ οὐκ ἂν δυναίμην — οὔθ' ὅτι οἱ νόμοι οὐκ ἐῶσιν, oblitus prioris οὔτε postrema verba cum his: καὶ οὐκ ἂν δυναίμην ita coniunxit, ut ab ὅτι coniunctione penderent". Sed non opus est tali interpretatione, ordo verborum sanus est.

Dobrae οὔτε delevit, male.

τούτων] i. e. τοῦ μὴ προεισφέρειν G. H. Schaefer, Blass interpungens post ἐγώ, hoc voc. refert ad τοὺς προεισοίσοντας, cui assentior.

πρόφασιν ποιησάμενος] periphrasis pro προφασισάμενος. πρόφασις *causatio*, etiam de vera causa usurpatur cf. Dem. XLV. 67 οὐδεμίαν πρόφασιν δικαίαν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν. Coniungitur cum σκῆψις Dem. XIX, 104, LIV. 17.

Eandem periphrasin usurpat orator noster § 49 πλοῦν ποιεῖσθαι pro πλεῖν, § 33 λόγους ποιεῖσθαι pro λέγειν, § 64 et § 66 πρόνοιαν ποιεῖσθαι, ubi etiam ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, ut vim verborum augeat.

ὅτι τριηραρχῶ καὶ οὐκ ἂν δυναίμην] Indicativus et Optativus cum ἄν sese excipiunt cf. de hac re Kühner (Gramm.) II², 2 pg. 883, 3.

λητουργίας λητουργεῖν] cf. ad § 2 δέομαι δέησιν.

Digitized by Google

τριηραρχῶν, καὶ οὐκ εἰσεπραξάμην, διὰ τὸ τότε μὲν ἀποδημεῖν ὑπὲρ ὑμῶν τριηραρχῶν, ὕστερον δὲ καταπλεύσας καταλαβεῖν τὰ μὲν εὔπορα ὑφ' ἑτέρων προεξειλεγμένα, τὰ δ' ἄπορα ὑπόλοιπα. καὶ ταῦτα ὅτι ἀληθῆ λέγω πρὸς ὑμᾶς, τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὰς μαρτυρίας τῶν τε τὰ στρατιωτικὰ τότε εἰσπραττόντων καὶ τῶν ἀποστολέων, καὶ τοὺς μισθοὺς οὓς ταῖς ὑπηρεσίαις καὶ τοῖς ἐπιβάταις κατὰ μῆνα ἐδίδουν, παρὰ τῶν στρατηγῶν σιτηρέσιον

τριηραρχῶν] τριήραρχος A. cf. XLV. 3. — ἐξειλεγμένα A. qui etiam § 35 λαμβάνειν pro προλαμβάνειν. —

λητουργία bona forma est, non λειτουργία, itemque λητουργεῖν, patet enim ex inscriptionibus aetate Demosthenis λητουργεῖν etiam scribi et λητής, Πεντελητικός, Αἰγήϊς, Ἐρεχθήϊς, Οἰνήϊς et nonnulla alia. Inde ab anno 300 a. C. n. haec omnia scribebantur diphthongo ει cf. Meisterhans [2] pg. 28—30.

ἤθηκα] *pensitavi* (vectigal). De vectigalibus pendendis usurpatur τιθέναι. cf. Dem. XXII. 42, 56, (Dem.) XXIX. 3, item τέκον τιθέναι cf. XLI. 9, etiam verbo τελεῖν utuntur scriptores cf. tamen de significatione huius verbi Boeckh. Staatsh. [2] I pg. 650 sqq.

εἰσεπραξάμην] εἰσπράττειν et εἰσπράττεσθαι significant: *exigere pecuniam* cf. §§ 10, 64 et 67, item πράττειν et πράττεσθαι cf. Xen. Hell. I. 3. 8. Plat. Ap. Socr. pg. 19 E et pg. 31 C.

εὔπορα] *pecunia exactu facilis*, ἄπορα *pecunia exactu difficilis*. Plerumque haec voc. usurpantur de personis, hic ad rem translata sunt. G. H. Schaefer sic interpretatur: τὰ μὲν εὔπορα — ἄπορα ὑπόλοιπα: h. e. τοὺς μὲν εὐπόρους ὑφ' ἑτέρων προεισπεπραγμένους, τοὺς δ' ἀπόρους ὑπολοίπους.

προεξειλεγμένα — ὑπόλοιπα] concinnius foret: προεξειλεγμένα — ὑπόλοιπα ὄντα G. H. Schaefer.

§ 10 καὶ ταῦτα ὅτι ἀληθῆ λέγω] cf. de interpretatione huius dicendi modi de Haan (Annot. ad Dem. quae fertur orat. Lacriteam) pg. 39. Uhle l.l. pg. 107 sqq. demonstrat tria distinguenda esse genera enuntiatorum, quibus oratores exprimant id, ad quod comprobandum testimonia prolaturi sint. Hoc loco pronomine ταῦτα complectitur ea, quae contendit orator. In hac oratione quinquies haec verba inveniuntur et ter praeter hoc loco (§§ 13, 28, 37) sequitur ἀναγνώσεται cet., de qua formula cf. Sigg. l.l. pg. 431.

τὰ στρατιωτικά] scil. χρήματα. Apud Demosthenem saepe opponitur θεωρικά, cf. III. 11: ὧν οἱ μὲν τὰ στρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι μένουσι διανέμουσι θεωρικά, et XIX. 291: δεῖν ἤδη καὶ χρήματ' εἰσφέρειν καὶ τὰ θεωρικὰ στρατιωτικὰ ποιεῖν. Apud alios, ut Xenophontem et Platonem, de re militari usurpatur et subaudiendum est ἔργα vel πράγματα cf. Comm. III. 5. 21. Cyrop. II. 1. 22: φιλοκίνδυνον μετ' εὐταξίας καὶ ἐπιστήμονα τῶν στρατιωτικῶν καὶ φιλόκαλον περὶ ὅπλα, Plato. Ion pg. 540 E.

οἱ εἰσπράττοντες τότε τὰ στρατιωτικά erant decem ἀποδέκται cf. Hermann I[6]. 2. pg. 622 c. ann. 9, postea ὁ ταμίας τῶν στρατιωτικῶν hoc munus accepit, circa Ol. 110. 3 (33?) cf. Busolt in Handb. ed. Iw. Müller IV. I pg. 160 c. ann. 7.

τῶν ἀποστολέων] ἀποστολῆς· οἱ προνοούμενοι τῶν ἀποστόλων καὶ τοῦ ἔκπλου τῶν τριήρων Pollux VIII. 99.

ταῖς ὑπηρεσίαις καὶ τοῖς ἐπιβάταις] cf. ad § 25.

σιτηρέσιον] pecunia ad tolerandos

Digitized by Google

μόνον λαμβάνων, πλὴν δυοῖν μηνοῖν μόνον μισθὸν ἐν πέντε μησὶ καὶ ἐνιαυτῷ, καὶ τοὺς ναύτας τοὺς μισθωθέντας, καὶ ὅσον ἕκαστος ἔλαβεν ἀργύριον, ἵν' ἐκ τούτων εἰδῆτε τὴν ἐμὴν προθυμίαν, καὶ οὗτος διότι παραλαβεῖν παρ' ἐμοῦ τὴν ναῦν οὐκ ἤθελεν, ἐπειδή μοι ὁ χρόνος ἐξῆλθε τῆς τριηραρχίας.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

11 Ὅτι μὲν τοίνυν οὐ ψεύδομαι πρὸς ὑμᾶς περὶ ὧν εἶπον ὦ ἄνδρες δικασταί, τῶν μαρτυριῶν ἀναγιγνωσκομένων ἀκηκόατε. ἔτι δὲ περὶ ὧν μέλλω λέγειν, ἅπαντές μοι ὁμολογήσετε ὅτι ἀληθῆ ἐστιν. τριήρους γὰρ ὁμολογεῖται κατάλυσις εἶναι, πρῶτον μὲν, ἐὰν μὴ μισθόν τις διδῷ, δεύτερον δὲ, ἐὰν εἰς τὸν Πειραιᾶ μεταξὺ καταπλεύσῃ· ἀπόλειψίς τε γὰρ πλείστη γίγνεται, οἵ τε παραμένοντες τῶν ναυτῶν οὐκ ἐθέλουσι πάλιν ἐμβαίνειν, ἐὰν μή τις αὐτοῖς ἕτερον ἀργύ-

§ 10 τὴν ἐμὴν Blass coni. τὴν τ'ἐμὴν. — ἤθελεν] ἠθέλησεν A. —
§ 11 (πρῶτον A: πρώτη. F Q etiam δευτέρα praebent.). —

sumptus alimentorum, cui hic opponitur *μισθός* stipendium cf. etiam Dem. IV. 28 quo ex loco patet aetate Demosthenis totum aes militare (*μισθὸς ἐντελής*) fuisse quattuor obolos, quorum duo ad victum dabantur, duo proprium stipendium erant.

πλὴν δυοῖν μηνοῖν μισθόν] ex § 12: *καὶ γὰρ μισθὸν οὐδένα ἔλαβον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ ὀκτὼ μηνῶν* et § 14 *καὶ μισθὸς οὐκ ἀπεδόθη τοῖς στρατιώταις ἀλλ' ἢ δυοῖν μηνοῖν, ἑτερός τε στρατηγὸς ἦκε Τιμόμαχος* apparet Menonem, successorem Autoclis, stipendium quamvis perpaulum solvisse.

διότι] hic pro *ὅτι*, eadem significatione etiam § 57 et XLVI. 16. Apud. Demosthenem nullum exemplum extat, cf. Lortzing l.l. pg. 65.

ἐπειδή μοι ὁ χρόνος ἐξῆλθε τῆς τριηραρχίας] oratores solent iterum atque iterum repetere, quae in argumentatione causae magni momenti sunt, vel si nausea auditores et lectores afficiant. Sic noster ea, quae facta sunt post tempus trierarchiae exactum, insignia reddere vult, haec verba enim repetit quater cf. §§ 14, 18, 25, 58, rem ipsam etiam §§ 15, 20, 24 et 36. cf. Sigg. pg. 427, Uhle pg. 49 et Lortzing pg. 31.

§ 11 *τοίνυν*] *igitur* cf. ad § 7.

τριήρους γὰρ ὁμολογεῖται κατάλυσις εἶναι κτἑ] Haec verba sunt figura, quam rhetores *epicherema* vocant, Cicero melius *ratiocinationem* Quint V. 10. 5, de qua figura videatur Cic. de Inv. I. 34. 57 sqq. et in primis 37. 67 sqq. Est tripertita, constat enim ex propositione: *τριήρους γὰρ ὁμολογεῖται* —— *καταπλεύσῃ*, propositionis approbatione: *ἀπόλειψίς τε γὰρ — διοικήσασθαι*, et complexione: *ἃ ἐμοὶ — τὴν τριηραρχίαν*. cf. porro Cornif. II. 18. 28 et Volkmann[2] pg. 194 sq.

κατάλυσις] proprie est *eversio*, *dissolutio*, de triremi non nisi hoc loco in orationibus Demostheni tributis usurpatur, dissolutio triremis fit, si dux stipendia non solvit, vel navis interea in Piraeum redit, cf. Boeckh. Staatsh.[2] I. pg. 702.

ἀπόλειψις] *desertio*, etiam § 15, qui navem deseruit *λιπόναυς* (cf. ad § 65) vocatur et *λιποναυτίου* accusabatur cf. Pollux VI. 153, et VIII. 40.

Digitized by Google

ριον διδῷ, ὥστε τὰ οἰκεῖα διοικήσασθαι. ἃ ἐμοὶ ἀμφότερα συνέβη
ὦ ἄνδρες δικασταί, ὥστε πολυτελεστέραν μοι γενέσθαι τὴν τριηραρ- 1210
12 χίαν. καὶ γὰρ μισθὸν οὐδένα ἔλαβον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ ὀκτὼ
μηνῶν, καὶ κατέπλευσα τοὺς πρέσβεις ἄγων διὰ τὸ ἄριστά μοι
πλεῖν τὴν ναῦν, καὶ ἐνθένδε πάλιν, προσταχθέν μοι ὑπὸ τοῦ δήμου
Μένωνα τὸν στρατηγὸν ἄγειν εἰς Ἑλλήσποντον ἀντὶ Αὐτοκλέους
ἀποχειροτονηθέντος, ὠχόμην ἀναγόμενος διὰ τάχους. καὶ ἀντὶ τῶν
ἀπολιπόντων μὲν ναυτῶν ἑτέρους ἐμισθωσάμην ναύτας, δωρειὰς καὶ
προδόσεις αὐτοῖς δοὺς μεγάλας, τοῖς δὲ παραμείνασι τῶν ἀρχαίων
ναυτῶν ἔδωκά τι εἰς διοίκησιν τῶν οἰκείων καταλιπεῖν πρὸς ᾧ πρό-
13 τερον εἶχον, οὐκ ἀγνοῶν τὴν παροῦσαν χρείαν, ὡς ἀναγκαία ἦν

§ 12 ἔλαβον .. καὶ κατέπλευσα Blass] λαβὼν .. κατέπλευσα. — post ἀντὶ Blass om. μὲν cum S F Q., tum Blass μὲν ναυτῶν cum corr. F.: με αὐτῶν S, μὲν αὐτῶν Q^{pc} et pr. F., με ναυτῶν A. Dindorf. (ἀπολειπόντων S.). — ναύτας abesse malit v. Herwerden. — δωρειὰς codd.] corr. Blass — δοὺς Blass] διδοὺς cf. § 7. — (πρὸς ᾧ] πρὸς τῷι S.). —

τὰ οἰκεῖα διοικήσασθαι] *negotia domestica curare*, ita διοίκησις § 12.

ὥστε πολυτελεστέραν — τριηραρχίαν] πολυτελέστερος h. l. *nimis sumptuosus* cf. ad § 8.

§ 12 ὀκτὼ μηνῶν] „intra mensem octavum posteaquam classis e Piraeo solverat," Reiske. cf. de hoc genetivo Kühner (Gramm.) II^2 1 pg. 323 sq., pg. 384 ann. 5, et Krüger (Sprachl.) § 47. 2. ann. 3.

κατέπλευσα τοὺς πρέσβεις ἄγων] nempe legatos e Thracia, qui de segnitia Autoclis quererentur cf. A. Schaefer Add. V pg. 158, et de statu rerum his temporibus Curtius Gr. Gesch. III pg. 463.

διὰ τὸ ἄριστα πλεῖν] cf. ad § 8 διὰ τὸ φανερὰν εἶναι.

προσταχθέν] cf. ad § 8. δόξαν.

Μένωνα — ἀντὶ Αὐτοκλέους] Autocles, Strombichidis filius, primus dux Aristophontis opera creatus et in Thraciam missus contra Cotyn nihil egit; ei magistratu deiecto successit Meno, nec hic res prospere gessit, uterque postea accusatus est, cf. Dem. XXIII. 104 et XXXVI. 58, Apollodorus inter accusatores erat. Hyperides orationem scripsit contra Autoclem (frgm. 59—69), quam Apollodorum habuisse putat Kiesling Lycurgi frgm. pg. 240.

ἀποχειροτονηθέντος] verbum ἀποχειροτονεῖν significat et *suffragio reicere* et *magistratu deicere*, cf. Dem. XXIII. 167, XXIV. 12, et (Dem.) XLIX. 9, etiam sensu *absolvere reum* usurpatur cf. Dem. XXI. 214 et XXIV. 85.

διὰ τάχους] *celeriter*, etiam § 6, et (Dem.) XLVII. 20, 50, LII. 5 et LIX. 100. Sic διὰ ταχέων *cito* Dem. XXX. 14, (Dem.) XLVII. 76 et LIII. 5. Patet ergo haec verba non nisi in orationibus subditiciis occurrere praeterquam XXX. 14. cf. porro Plat. Ap. Socr. pg. 32 D, Thuc. II. 18. 4, IV. 8. 4, Vigerus pg. 587 c. ann. 81, Kühner (Gramm.) II^2 1. pg. 418. e.

δωρειὰς καὶ προδόσεις δούς] cf. § 7.

§ 13 οὐκ ἀγνοῶν] *non ignorans*, est figura quae λιτότης vel *astiphrasis* vocatur, cf. Serv. ad Verg. Georg. I. 125: „dicitur λιτότης figurae genus, qua res magna modestiae causa extenuatur verbis." Haec figura apud Demosthenem perraro invenitur, in hac oratione praeterea quater, §§ 8 μέρος οὐκ ἐλάχιστον, 25 οὐκ ἀπεί-

Digitized by Google

ἑκάστῳ, ἀπορῶν δ' αὐτὸς ὡς μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω οὐδεὶς ἂν πιστεύσειεν, ὅστις μὴ ἀληθῶς παρηκολούθηκε τοῖς ἐμοῖς πράγμασιν. ὑποθεὶς δὲ τὸ χωρίον Θρασυλόχῳ καὶ Ἀρχένεῳ, καὶ δανεισάμενος τριάκοντα μνᾶς παρ' αὐτῶν καὶ διαδοὺς τοῖς ναύταις, ᾠχόμην ἀναγόμενος, ἵνα μηδὲν ἐλλείποι τῷ δήμῳ ὧν προσέταξε τὸ κατ' ἐμέ. καὶ ὁ δῆμος ἀκούσας ταῦτα ἐπήνεσέ τέ με, καὶ ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐκάλεσεν. καὶ ὡς ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὴν μαρτυρίαν καὶ τὸ ψήφισμα τὸ τοῦ δήμου.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ. ΨΗΦΙΣΜΑ.

14 Ἐπειδὴ τοίνυν εἰς Ἑλλήσποντον ἤλθομεν, καὶ ὅ τε χρόνος ἐξελήλυθει μοι τῆς τριηραρχίας, καὶ μισθὸς οὐκ ἀπεδόθη τοῖς στρατι-

§ 13 οὐδεὶς ἂν Blass] οὐδεὶς ἄν μοι S et γρ Q., οὐδεὶς ἂν ὑμῶν v. — ἀληθῶς] ἀκριβῶς v. Herwerden Mnem. 1875. — ὑποθεὶς δὲ S F Q: ὑποθείς. — ἐλλίποι Q., sed cf. § 59 ἐλλείπηται. — προσέταξε τὸ κατ' ἐμέ] προσετάξατε κατ' ἐμέ S F Q.

ρως ἔχων, 49 οὐδ' ἂν ἀγνοήσαιτε et οὐκ ἀπείρως ἔχοντες, et Dem. XXVII, 27 οὐκ ἄπορος cf. Straub pg. 14 sq., Volkmann² pg. 434 sq.

οὐκ ἀγνοῶν τὴν παροῦσαν χρείαν, ὡς ἀναγκαία ἦν] *Anticipatio* cf. ad § 2 διηγῶμαι τά τε ἀναλώματα cet.

μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω] Demosthenem praeter alios oratores imprecatione, praesertim in orationibus publicis, usum esse constat, in orationibus privatis modo duodecies hanc figuram usurpat, semper Iovem invocans vel omnes deos. Imprecatio tamen qualis nostra ter tantum invenitur, idque apud solum nostrum, hoc loco, § 2 et LII, 9. cf. Sigg. pg. 421, Straub pg. 89.

παρηκολούθηκε] metaphorice hoc verbum significat, *mente sequi aliqd.* Sic etiam Dem. XXIV. 10, (Dem.) XLIII. 1, 2, 23, LVI. 4, LIX. 98 et praesertim apud Stoïcos.

ὑποθεὶς τὸ χωρίον] articulus demonstrat mentionem fieri praedii iudicibus noti, patet ex Dem. XXXVI. 34 Apollodorum hereditate accepisse a patre suo insulam (συνοικίαν), hanc ergo pignori dedit.

ἐλλείποι] ἐλλείπειν trans. *praetermittere*, pass. et intr. *deficere, deesse officio*, ἐλλείπει impers. *deficit.*

τὸ κατ' ἐμέ] *pro mea parte*, nonnunquam cum Infinitivo εἶναι coniungitur cf. Xen. Anab. I. 6, 9 τὸ κατὰ τοῦτον εἶναι, Lys. XIII. 58, Xen. Hell. III. 5. 9, Kühner (Gramm.) II³ 1. pg. 272 ann. 16.

ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐκάλεσεν], ad coenam publicam est vocatus ob merita sua cf. Wachsmuth l.l. I. pg. 506 an 3.

ὡς ταῦτ' ἀληθῆ λέγω κτέ]cf. ad §10.

§ 14. Ne longus sit orator noster in hac paragrapho et sequenti omnia facta, quae enumeranda esse putat, participiis iuxta positis exponit, quod compositionis genus valde amat, etiamsi deformis periodus atque inhabilis evadat, cf. huius orationis §§ 6 sqq., 17 sq. 22, 24 sq., XLVII 51, 63, XLIX 63 sqq., 16 sq., LIX passim praesertim § 62 et § 63, ubi decem participia iuxta posita sunt. Vid. Sigg. pg. 428, Lortzing pg. 36.

ἐπειδή] cf. ad § 24.

καὶ μισθὸς οὐκ ἀπεδόθη — ἀλλ' ἢ δυοῖν μηνοῖν] de hac conformatione cf. ad § 7.

τοῖς στρατιώταις] nempe ταῖς ὑπηρεσίαις καὶ τοῖς ἐπιβάταις.

Digitized by Google

ὑταις ἀλλ' ἢ δυοῖν μηνοῖν, ἕτερός τε στρατηγὸς ἦκε Τιμόμαχος, καὶ οὗτος διαδόχους οὐκ ἄγων ἐπὶ τὰς ναῦς, ἀθυμήσαντές μοι 1211
πολλοὶ τοῦ πληρώματος ᾤχοντο ἀπολιπόντες τὴν ναῦν, οἱ μὲν εἰς τὴν ἤπειρον στρατευσόμενοι, οἱ δ' εἰς τὰς Θασίων καὶ Μαρωνιτῶν ναῦς, μισθῷ μεγάλῳ πεισθέντες καὶ ἀργύριον πολὺ προλαβόντες,
15 καὶ τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ ἐξανηλωμένα ἤδη ὁρῶντες, τὰ δὲ τῆς πόλεως ἀμελῆ, τὰ δὲ τῶν συμμάχων ἄπορα, τὰ δὲ τῶν στρατηγῶν ἄπιστα καὶ ὑπὸ πολλῶν αὐτῶν λόγῳ ἐξηπατημένοι, καὶ τὸν χρόνον ἐξήκοντα τῆς τριηραρχίας καὶ τὸν πλοῦν οὐκ ὄντα οἴκαδε, οὐδὲ διάδοχον ἥκοντα ἐπὶ τὴν ναῦν, παρ' οὗ ἄν τις ἠξίωσεν ὠφεληθῆναι. ὅσῳ γὰρ φιλοτιμούμενος ἄμεινον ἐπληρωσάμην τὴν ναῦν ἐρετῶν ἀγαθῶν, τοσούτῳ μοι πλείστη ἀπόλειψις ἐγένετο τῶν ἄλλων τριηράρχων.
16 τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις, εἰ μή τι ἄλλο, οἵ γ' ἐκ καταλόγου ἐλθόντες

---

§ 14 ἀπολιπόντες v.] ἀπολείποντες S. — Μαρωνιτῶν] A S Q hic et infra Μαρωνειτῶν. cf. Meisterhans Gramm. der att. Inschr.[3] pg. 42. —

§ 15. αὐτῶν] A: αὖ τῷ scil. τῶν στρατηγῶν. — οὐκ ὄντα v.] οὐκέτ' ὄντα S et γρ Q. — ἐρετῶν] ἀρετῶν S. —

Τιμόμαχος] Menonis successor, dux segnis et admodum infelix, Ol. 103. 3 (366) montem Oneum tam male custodivit ut Thebani clam eo transcendere possent cf. Xen. Hell. VII, 1. 41 sq., Ol. 104. 4 (361) ad Chersonesum missus Cotyi ubique cedere debet, postea ut Autocles et Menon perduellionis accusatus est et damnatus, Apollodorus inter accusatores erat cf. Aeschin. I. 56 c. Schol., Hyp. ὑπὲρ Εὐξενίππου 1 et 2 et Dem. XIX. 180, XXIII, 115 et XXXVI, 53.

καὶ οὗτος] c. part. cf. Kühner (Gramm.) II[a] 1 pg. 557, 8 an. et Krüger (Sprachl.) § 51, 7 an. 12.

Θασίων καὶ Μαρωνιτῶν ναῦς] Thasii et Maronitae, socii Atheniensium, de Stryma altercantes litem arbitris permittere volunt, ad quam causam Hyperidis oratio πρὸς Θασίους pertinuisse videtur, quam Pollux commemorat VII. 149, cf. Kiesling Lycurgi frgm. pg. 216 sqq. Cum tamen Timomachus hac urbe potiri vellet, resistunt Maronitae eumque re infecta discedere cogunt cf. § 21 sq.

ἀργύριον πολὺ προλαβόντες] h. e. προδόσεις λαβόντες.

§ 15. τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ — τὰ δὲ τῆς πόλεως κτέ] de vario sensu huius dicendi modi cf. Krüger (Sprachl.) § 47, 5 an. 9—11.

μισθῷ μεγάλῳ πεισθέντες — ὠφεληθῆναι] Polysyndeton, „multis nexa coniunctionibus dictio" (Donatus), quam figuram Demosthenes raro adhibet, orator vero noster frequenter, cf. Sigg. pg. 418, Straub pg. 118. Hoc loco habet sex membra quinque coniunctionibus nexa.

ἀμελῆ] *neglectus*, passive ut Xen. Hell. VI. 5. 11: οὐδενὶ γὰρ τούτων ἀμελές. cf. Lortzing pg. 56.

ἄπορα] ut § 9, *exactu difficilia.*

τὸν χρόνον ἐξήκοντα] ἐξήκειν apud nostrum non nisi de tempore sensu τοῦ *transire, praeterire* usurpatur, praesertim in hac oratione, etiam XLVII. 49 et LIII. 13 cf. (Dem.) XLIII. 16 in lege citata: ᾧ ἂν ἡ προθεσμία μήπω ἐξήκῃ.

§ 16. εἰ μή τι ἄλλο] scil. ἐγένετο.

οἱ ἐκ καταλόγου) *quibus militan-*

Digitized by Google

ἐπὶ τὴν ναῦν παρέμενον τηροῦντες τὴν οἴκαδε σωτηρίαν, ὁπότε αὐτοὺς ἀφήσει ὁ στρατηγός· οἱ δ' ἐμοὶ ναῦται πιστεύοντες αὐτοῖς ἐπὶ τῷ δύνασθαι ἐλαύνειν, ὅπου ἤμελλον ἀργύριον πάλιν πλεῖστον λήψεσθαι, ἐνταῦθ' ἀπῆσαν, ἡγούμενοι τὴν ἐν τῷ παρόντι εὐπορίαν κρείττω εἶναι αὐτοῖς τοῦ μέλλοντος φόβου, εἴ ποτε ληφθείησαν ὑπ' ἐμοῦ. τοιούτων τοίνυν μοι τῶν πραγμάτων συμβεβηκότων, καὶ τοῦ στρατηγοῦ ἅμα Τιμομάχου προστάξαντος πλεῖν ἐφ' Ἱερὸν ἐπὶ

§ 16 ἤμελλον] quo tempore scripta est haec oratio Athenienses dicebant ἔμελλον, cf. Meisterhans[3] pg. 134. — πάλιν πλεῖστον] πάμπλειστον Cobet — ἀπῆσαν Dindorf] ἀπήεσαν Codd. — ληφθείησαν] λειφθείησαν S. —

§ 17. ἐφ' Ἱερὸν] αφιερον S; it. § 18 —

dum est, ut Dem. I. 28: *οἱ ἐν ἡλικίᾳ*, cf. etiam Dem. IV. 7, XIII. 4, XVIII. 177, XIX, 65. Thuc. VIII. 75. Olim ex Solonis legibus *οἱ ἐκ καταλόγου* erant cives trium superiorum classium, qui ut *ὁπλῖται* arma ferre debebant, θῆτες, ut ceteris rebus immunes erant, etiam militia vacabant, et tantummodo urgente necessitate ut *γυμνῆτες* et postea ut socii navales stipendia merebant; ad militiam navalem cives superiorum classium raro nec nisi necessario tempore vocabantur, cf. Thuc. VIII. 24, 2: *ἐπιβάτας τῶν ὁπλιτῶν ἐκ καταλόγου ἀναγκαστούς*. Ex loco autem quem nunc tractamus et ex § 6 patet nomina omnium tribulium in tabulis perscripta esse, discrimen ergo illud evanuisse. Vocabantur *ἐκ τοῦ καταλόγου*, quoniam nomina eorum in tabulis perscripta erant; quotannis enim taxiarchi indices eorum, qui ad aetatem militarem pervenissent, conscribebant, qui indices, eponymorum archontum nominibus distincti, ad statuas Eponymorum (heroum) exponebantur cf. Aristoph. Pax 1179—1184. Si bellum instaret sciscebat populus quot annos nati ad arma vocandi essent, servato ordine certo, ut stipendiorum iustae vices essent, cui rei alludit Aeschin. *περὶ παραπρεσβείας* 168: *καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐκ διαδοχῆς ἐξόδους τὰς ἐν τοῖς ἐπωνύμοις καὶ τοῖς μέρεσιν ἐξῆλθον* (vide Schol. Tur. pg. 38 et Hermann Gr. Antiq. I[6] 2 pg. 642 ann. l). Secundum illud plebiscitum strategi delectum habebant. Cf. Harpocr. s. v. *στρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις*. Dem. III, 4, IV. 21: *ἐξ ἧς ἄν τινος ὑμῖν ἡλικίας καλῶς ἔχειν δοκῇ, χρόνον τακτὸν στρατευομένους — ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις*. Hermann l.l. I[6]. 2. pg. 641 sqq. Schoem. Antiq. pg. 253 sq., Alterth. I pg. 424 sq.

οἱ ὑπὲρ τὸν κατάλογον contra dicuntur plus quam sexaginta annos nati cf. Pollux II, 11 *ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα γεγονότες ἔτη*, (Dem.) XIII. 4 ubi opponuntur *τοῖς ἐν ἡλικίᾳ*.

τηροῦντες] *exspectantes*, *observantes* cf. Thuc. I. 65, III. 22 e. a., etiam apud Demosthenem invenitur, cf. XVIII, 89, 97, 307, XXI. 213, saepe significans *insidiari* cf. (Dem.) LIII. 17.

τὴν οἴκαδε σωτηρίαν] *incolumem reditum in patriam*, ut (Dem.) XXXV. 18, LVII. 20.

νήλισκον. καὶ μοι τούτων ἀνάγνωθι τὴν μαρτυρίαν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

43 Ἴσως οὖν ὦ ἄνδρες δικασταὶ ποθεῖτε ἀκοῦσαι, διὰ τί ποτε ὁ στρατηγὸς οὐκ ἠνάγκαζε τοῦτον παραλαμβάνειν τὴν ναῦν, διάδοχον ἥκοντα ἐπ' αὐτήν, τῶν νόμων οὕτως ἰσχυρῶν ὄντων. περὶ δὴ τούτων βούλομαι ὑμᾶς σαφῶς διδάξαι τὸ αἴτιον. Τιμόμαχος γὰρ ὦ ἄνδρες δικασταὶ πρῶτον μὲν ἐβούλετο εὖ κατεσκευασμένῃ τῇ τριήρει πρὸς
44 ἅπαντα χρῆσθαι. ᾔδειν οὖν ὅτι οὗτος μὲν παραλαβὼν αὐτὴν κακῶς ἔμελλε τριηραρχήσειν· οὔτε γὰρ τῷ τριηραρχήματι οὔτε τοῖς ἐπι-

§ 41 Ἀναφλύστιος] ἀναφαύστιος S. — ἀφικνουμένου] ἀφικομένου A. —
§ 42 τὸ ἐπιτριηράρχημα] τὸ om. S. — ἐλθόντες] ἐλθόντος S F Q. — συνανήλισκον] νη supra v. a. m. pr. S. —

XLI. 20 cf. porro Soph. Ai. 66, Aristoph. Eq. 260, Plut. 948, Thuc. IV. 102. 4. Nusquam tamen inveni hoc voc. sensu *clarus* usurpatum ut lexica tradunt.

§ 42 De personis, his §§ nominatis, nihil novimus, observa autem nomina propria iterata, ut nomen Diniae, soceri Apollodori, bis iteratur cf. §§ 24, 26, 27, ubi pronomen sufficeret et § 26 iterum affinitas additur, cf. Sigg. l.l., pg. 426 sq.

καί μοι τούτων ἀνάγνωθι τὴν μαρτυρίαν] Demosthenes raro hac formula utitur non coniuncta cum verbo λαμβάνειν, cf. XXX. 18 et XXXVI. 56, plerumque invenimus λαβὲ καὶ ἀνάγνωθι vel ἀνάγνωθι λαβών. Indicium est num oratio Demostheni sit tribuenda nec ne, cf. Sigg. l.l. 431 sqq.

§ 43 Orator promisso stat et narrabit cur Timomachus Polyclem non cogeret ut navem acciperet ab Apollodoro (cf. § 31) et iam perspicere licet Apollodorum Timomacho haud benevolum fuisse, ut non miremur quod eum inter accusatores Autoclis, Menonis et Timomachi inveniamus.

περὶ δὴ τούτων — τὸ αἴτιον] raro scriptores hanc dictionem usurpant, usitatius est τούτου δὲ τὸ αἴτιον ut § 31. Similis huic loco est XLIX. 59.

πρῶτον μὲν] causas indulgentiae Timomachi enumerans, pergit cum ἔτι δὲ πρὸς τούτοις et mox πρὸς δὲ τούτῳ, etiam LII. 16, sed vulgo sequitur etiam apud nostrum ἔπειτα (δὲ).

§ 44 τριηράρχημα] h. l. inusitate pro κατασκευή, Reiske coniecit πλήρωμα, § 34 sq. enim Polycles Apollodoro luxum in instruenda navi exprobravit, et luxuriosos remiges, nautas militesque classiarios.

Digitized by Google

βάταις καὶ τῇ ὑπηρεσίᾳ χρήσοιτο· οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ παραμενοῖ. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, ὁπότε μὴ διδοὺς ἀργύριον προστάττοι πλεῖν, οὐκ ἔμελλεν αὐτῷ ἀνάξεσθαι ὥσπερ ἐγώ, ἀλλὰ πράγματα παρέξειν. πρὸς δὲ τούτῳ δανείζεται παρ' αὐτοῦ τριάκοντα μνᾶς, ὥστε
45 μὴ ἀναγκάσαι παραλαβεῖν τὴν ναῦν. ἐξ ὧν δὲ μάλιστά μοι ὀργισθεὶς ἐπηρέαζε καὶ οὐδὲ λόγου ἑκάστοτε ἐδίδου οὐδὲ περὶ ἑνός, βούλομαι ὑμῖν σαφῶς διηγήσασθαι, ἵν' εἰδῆτε ὅτι οὐ περὶ πλείονος ἐποιούμην οὔτε τὴν ἐμαυτοῦ ῥᾳστώνην ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ οὔτε τὴν ἐκείνου ῥώμην τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τῶν νόμων, ἀλλ' ἠνειχόμην καὶ ἔργῳ ἀδικούμενος καὶ λόγῳ προπηλακιζόμενος, ἃ πολλῷ
46 μοι βαρύτερα ἦν τῶν ἀναλωμάτων. ὡς γὰρ ἐν Θάσῳ διατριβαὶ τοῦ

§ 44 παραμενοῖ Bekker] παραμενεῖ S. παραμένει v. —
§ 45 ἐξ ὧν δὲ] δὲ om. S F Q. — τοῦ Ἀθηναίων Dindorf] τῶν Ἀθηναίων codd.

οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ παραμενοῖ] γάρ c. optativo coniungitur cum orationem, quae dicitur obliqua, continuet, quae forma apud oratores saepe occurrit, etiam ubi acc. c. Inf. praecedit, cf. huius orationis § 50, LIII. 10. Dem. I. 22: ἤκουον δ' ἐγώ τινων, ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν αὐτῷ καρποῦσθαι· τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν. Lys. XIII. 9, 78: λέγων — νῦν μὲν δεῖν αὐτοὺς ἡσυχίαν ἔχειν, εἰ δέ ποτε δίκαδε κατέλθοιεν τότε καὶ τιμωρήσοιντο τοὺς ἀδικοῦντας, ubi vide Frohberger, Isae. VIII. 22. Xen. Anab. VII. 3. 13, Soph. Philoct. 617, Cobet N. L. pg. 336, Krüger (Sprachl.) 54. 6. 4, Goodwin (Syntax) Num. 675 sq.

παραμενοῖ] La Roche (Beiträge) pg. 142 sqq. docet terminationes tertiae pers. optativi act. verborum contractorum, ergo etiam verborum liquidorum apud plurimos auctores esse -οίη, apud poetas tamen et nonnullos prosae scriptores inprimis apud Platonem hanc formam desinere in -οῖ. Apud Demosthenem modo hanc formam hoc loco inveni, a Bekkero ex coniectura pro παραμενεῖ S et παραμένει v. Cobet l.l. hanc optativi formam oppugnat.

ὥστε] *ita, ea condicione ut*, cf. LIX. 68: δίαιταν ἐπιτρέπει πρὸς τὸν Ἐπαίνετον αὐτοῖς τοῖς ἐγγυηταῖς, ὥστε τῆς μὲν ἐγγύης αὐτοὺς ἀφεῖσθαι, τὴν δὲ γραφὴν ἀνελέσθαι τὸν Ἐπαίνετον. Kühner (Gramm.) II³. 2. pg. 1005. e.

§ 45. ἐπηρέαζε] ἐπηρεάζειν est *minari, calumniari dum cupio iniuria afficere* alqm. cf. Dem. XVIII. 320, XX. 142, Antiph. VI. 8: οἱ κατήγοροι καὶ οἱ ἐπηρεάζοντες. Schol. Aristoph. Plut. 873 (συκοφάνται) καλοῦνται οἱ ἐπηρεάζοντες, Xen. Comm. I. 2. 31. Hoc loco est *superbum se praebere*. Sic ἐπηρεασμός quod ab Aristot. Rhet. 2. 2. interpretatur: ἐμπodισμὸς ταῖς βουλήσεσιν οὐχ ἵνα τι αὐτῷ ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκείνῳ· et ἐπήρεια *insolentia, superbia*, a Demosthene coniunctum cum ὕβρις, λοιδορία, προπηλακισμός cf. XVIII. 12.

ῥώμη] hoc loco significat *potentia*, et in malam partem usurpatur, ut saepius, etiam significans „*vis*" cf. Antiphon IV. 8. 3, Aeschines I. 58, (Dem.) LVIII. 65.

προπηλακιζόμενος] προπηλακίζειν est *contumelia afficere*, non solum verbis ut hoc loco, sed etiam manibus cf. XXI. 7: προπεπηλάκισται τὸ σῶμα τοὐμόν, 72, 219: μιᾷ χειρὶ ἅπαντας προπηλακίσαι, apud oratores frequentissimum est. Modo XLVI. 13, crasis non est adhibita: προεπηλάκισεν.

§ 46. διατριβαὶ τοῦ ναυτικοῦ ἐγίγνοντο] idem ac τὸ ναυτικὸν διετρίβετο, ut Plat. Apol. 22 E ἀπέχθειαί

Digitized by Google

ναυτικοῦ ἐγίγνοντο, ἀφικνεῖται ἐκ Μεθώνης τῆς Μακεδονίας ὑπηρε-
τικὸν εἰς Θάσον ἄγον ἄνδρα καὶ ἐπιστολὰς παρὰ Καλλιστράτου ὡς 1221
Τιμόμαχον, ἐν αἷς ἦν, ὡς ὕστερον ἐγὼ ταῦτ' ἐπυθόμην, ἀποπέμψαι
αὐτῷ τριήρη τὴν ἄριστα πλέουσαν, ἵν' ἀφίκηται ὡς αὐτόν. εὐθὺς
οὖν τῇ ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ὁ ὑπηρέτης ἐλθὼν ἐκέλευσέ με
47 καλεῖν εἰς τὴν ναῦν τοὺς ναύτας. ἐπεὶ δὲ πλήρης ἦν, ἀναβαίνει
Κάλλιππος ὁ Φίλωνος ὁ Αἰξωνεύς, καὶ φράζει πρὸς τὸν κυβερνήτην

§ 46. Τιμόμαχον] τειμόμαχον pr. S. — εὐθὺς] ἔτι δ'A, ὅτι δ' S.; τότε δ' ci. Sauppe. — ἐκέλευσε Blass] ἐκέλευε codd.

§ 47. Αἰξωνεύς] ἐξωνεὺς S.

μοι γεγόνασι pro ἀπήχθημαι. διατριβή hoc loco *commoratio* significat, ut XXXIII. 5, tamen XLVII. 63 noster utitur hoc vocabulo sensu *mora*, *retardatio*.

ὑπηρετικόν] scil. πλοῖον, *linter*.

ἄγον ἄνδρα καὶ ἐπιστολάς] insuitate, cf. Tac. Ann. II. 66, initio: Eas litteras Latinius Pandusa pro praetore Moesiae cum militibus — in Thraciam misit.

παρὰ Καλλιστράτου] Callistratus, vir eloquens, iam ab Ol. 98. 2 (387) multum apud populum Atheniensem auctoritate valebat (Dem. XXIV. 134 sq. Xen. Hell. IV. 8. 31. Diod. XIV. 99). Semper Epaminondae Thebanorumque adversarius, perfecit ut Athenienses contra Thebanos cum Lacedaemoniis foedus inirent, sed cum Ol. 103. 3 (366) exsules patriam suam Oropum, Eretriensibus auxiliantibus, expugnassent et Thebanis tradidissent, populus ob hanc rem iratus culpam in Chabriam et Callistratum contulit eosque perduellionis accusavit. Callistratus tamen tam eloquenter se defendit ut et ipse et Chabrias absoluti sint. Mox tamen, postquam Epaminondas ad Mantineam cecidit, et metus a Thebanis atque auctoritas Callistrati deminuta sunt, praesertim quod Atheniensibus ad Thraciae oras et in mari Aegaeo res parum prospere successerunt. Iam Ol. 104. 3 (362) mense Septembri (cf. § 4) propter calamitates ad illas oras et in Hellesponto illa expeditio est missa, quae materia est huius orationis, sed clades ad Peparethum (Ol. 104. 4 (361)) et repentinus impetus in Piraeum ab Alexandro Pheraeo, praeterquam Leostheni etiam Callistrato exitio fuerunt, capitis accusatus libero exilio se ex sententia eripuit cf. Isocr. περὶ εἰρήνης 24 pg. 164a. Attamen bis eodem illo tempore capitis est damnatus cf. § 48 et Lycurg. c. Leocr. 93 pg. 159, vide etiam Hecatonis philosophi narrationem apud Senecam de Benef. 6. 37. Methonen in urbem Macedoniae se contulit unde litteras dedit ad affinem suum Timomachum ut eum Thasum abduceret (cf. § 46-51). Ol. 106. 1 (356) tandem Athenas revertit, oraculo Apollinis inductus, et quamquam ad aram duodecim deorum consederat, nihilominus morte est multatus cf. Lycurg. l.l. τίς γὰρ οὐ μέμνηται — Καλλίστρατον, οὗ θάνατον ἡ πόλις κατέγνω, τοῦτον φυγόντα καὶ τοῦ θεοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀκούσαντα ὅτι ἂν ἔλθῃ Ἀθήναζε τεύξεται τῶν νόμων, ἀφικόμενον καὶ ἐπὶ τὸν βωμὸν τῶν δώδεκα θεῶν καταφυγόντα καὶ οὐδὲν ἧττον ὑπὸ τῆς πόλεως ἀποθανόντα; δικαίως, τὸ γὰρ τῶν νόμων τοῖς ἠδικηκόσι τυχεῖν τιμωρία ἐστίν. Demosthenes tamen Callistratum semper laudat et honoris causa nominat cf. XVIII. 219, XIX. 297. De Callistrato cf. A. Schaefer Dem. I² pgg. 11 sqq., 106 sqq., 130—137.

§ 47 Κάλλιππος ὁ Φίλωνος] legatus Timomachi, postea non minus quam ille ab Apollodoro est accusatus, circa

Digitized by Google

τὸν ἐπὶ Μακεδονίας πλοῦν πλεῖν. ἐπειδὴ δ' ἀφικόμεθα εἰς χωρίον τι ἐν τῇ ἀπαντικρὺ ἠπείρῳ, Θασίων ἐμπόριον, καὶ ἐκβάντες ἠριστοποιούμεθα, προσέρχεταί μοι τῶν ναυτῶν Καλλικλῆς Ἐπιτρέφους Θριάσιος, λέγων ὅτι βούλοιτό μοι διαλεχθῆναι ἐμόν τι πρᾶγμα. κελεύσαντος δέ μου, λέγει ὅτι βούλοιτό μοι χάριν ἀποδοῦναι καθ'
48 ὅ τι δύναται ὧν αὐτῷ ἀπορηθέντι ἔδωκα. 'σὺ οὖν' ἔφη 'τὸν πλοῦν τοῦτον οἶσθα ἐφ' ὅ τι πλεῖς ἢ ποῖ;' ἀποκριναμένου δέ μου ὅτι οὐκ εἰδείην, 'ἀλλ' ἐγώ σοι' ἔφη 'ἐρῶ. δεῖ γάρ σε ἀκούσαντα ὀρθῶς βουλεύσασθαι. μέλλεις γὰρ', ἔφη 'ἄγειν ἄνδρα φυγάδα, οὗ 'Αθηναῖοι θάνατον δὶς κατεψηφίσαντο, Καλλίστρατον ἐκ Μεθώνης εἰς Θάσον

ἐμπόριον] ἐμπορειον S. —

§ 48 δέ μου A] δέ μου αὐτῷ S Dindorf, δ' αὐτῷ ἐμοῦ F Q.

Ol. 105. 3 (355), cf. Dem. XXXVI. 53: οὐχὶ Τιμομάχου κατηγόρεις; οὐχὶ Καλλίππου τοῦ νῦν ὄντος ἐν Σικελίᾳ. Etiam in liberum exsilium ivit, Dionem, quo familiariter utebatur, comitatus est et initio Ol. 105. 4 (357, mense Septembri) cum eo Syracusas expugnavit (Clinton F. H. ed. Krüger ad Ol. 105. 4). Ol. 106. 4 (353) Dionem iugulavit et imperio potitus est, tredecim mensibus post Syracusis expulsus est ab Hipparino Dionysii filio, et primum Messanam se contulit, unde repulsus Rhegium praesidio tyranni liberavit, sed mox interemptus est Ol. 107. 2 (351) vel initio Ol. 107. 3 (350) cf. Plut. Dio. 28. 54 sqq., Diod. XVI. 17, 20, 31, 36, A. Schaefer Add. pg. 158 sqq.

φράζει] *indicat, iubet*, plerumque hoc verbum c. dat. coniungitur, Demosthenes nonnunquam praep. πρός c. acc. addit cf. XIX. 3. 44. 139, XXII. 17, XXIII. 141, 145, LVII. 7 sine ullo discrimine. Apud alios scriptores nullum huius structurae exemplum invenire potui.

πλοῦν πλεῖν] cf. ad § 2 δέομαι δέησιν.

ἐμόν τι πρᾶγμα] *negotium quod mea interest*, ut Thuc. I. 69 5.: αἱ ὑμέτεραι ἐλπίδες *spes in vobis collocata*. Antiph. V. 41: χάριτι τῇ ἐμῇ *favore adversus me*. Lys. XIII, 20 ἐπ' εὐνοίᾳ τῇ ὑμετέρᾳ *studio in vos*, ubi vide Frohberger cf. Krüger (Sprachl.) 47. 7. 8, Kühner (Gramm.) II² 1. pg. 486 an. 11. Observa constructionem verbi διαλέγεσθαί τινί τι, usitatius est διαλέγεσθαί τινι περί τινος.

ἀπορηθέντι] Utitur noster forma passiva verbi ἀπορεῖν saepius quam activa, septies enim activum, decies passivum occurrit. Demosthenes contra activum praetulit, Schoemann ad Isaeum I. 39 de discrimine inter activum et passivum disserit coll. Hesych. s. v. et Poll. III. 111. „Videtur hoc olim fuisse discrimen ab accuratioribus oratoribus servatum, ut ἀπορεῖσθαι is potissimum diceretur, quem status rerum et conditio in angustias coniecisset, ἀπορεῖν autem simpliciter esset inopem esse, haesitare". cf. Lortzing pg. 59.

ἀπορεῖται impers. usurpatum significat *quaeritur*, τὸ ἀπορούμενον *argumentum inquisitionis* cf. Plat. Soph. 243 B.

§ 48 σὺ οὖν τὸν πλοῦν οἶσθα ἐφ' ὅ τι πλεῖς] cf. ad § 2 διηγοῦμαι τά τε ἀναλώματα κτέ. De transitu in orationem directam cf. ad § 26.

ἄνδρα φυγάδα, οὗ 'Αθηναῖοι θάνατον δὶς κατεψηφίσαντο, Καλλίστρατον] cf. ad § 46. De illa secunda actione nil notum est.

εἰς Θάσον] Callistratus Thasum pervenit Ol. 105. 1. (initio 360), Apollodorus enim iam plus quam sedecim menses trierarchi munere functus erat cf. § 39.

Digitized by Google

ὡς Τιμόμαχον τὸν κηδεστήν, ὡς ἐγὼ ἔφη 'πέπυσμαι τῶν παί-
δων τῶν Καλλίππου. σὺ οὖν, ἐὰν σωφρονῇς, οὐδένα τῶν φευγόντων
49 ἐάσεις ἐπὶ τὴν ναῦν ἀναβαίνειν· οὐ γὰρ ἐῶσιν οἱ νόμοι.' ἀκούσας
δ' ἐγὼ ταῦτα τοῦ Καλλικλέους προσέρχομαι τῷ Καλλίππῳ, καὶ
ἐρωτῶ αὐτὸν ὅποι τε τὸν πλοῦν ποιεῖται καὶ ἐπὶ τίνα. διαχλευά-
σαντος δ' αὐτοῦ με καὶ ἀπειλήσαντος ἃ οὐδ' ἂν ὑμεῖς ἀγνοήσαιτε
(τοῦ γὰρ τρόπου τοῦ Καλλίππου οὐκ ἀπείρως ἔχετε) λέγω αὐτῷ
ὅτι ἀκούω σε πλεῖν ἐπὶ Καλλίστρατον. ἐγὼ οὖν τῶν φευγόντων 1222
οὐδένα ἄξω, οὐδὲ πλεύσομαι ἐπ' αὐτόν· οἱ γὰρ νόμοι οὐκ ἐῶσιν
ὑποδέχεσθαι τῶν φευγόντων οὐδένα, ἢ ἐν τοῖς αὐτοῖς κελεύουσιν
ἐνέχεσθαι τὸν ὑποδεχόμενον τοὺς φεύγοντας. ἀποπλεύσομαι οὖν
50 πάλιν ὡς τὸν στρατηγὸν εἰς Θάσον.' καὶ ἐπειδὴ ἐνέβησαν οἱ ναῦται,
λέγω τῷ κυβερνήτῃ ἀποπλεῖν εἰς τὴν Θάσον. ἀντιλέγοντος δὲ τοῦ
Καλλίππου καὶ κελεύοντος πλεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν, οἷ προσέταξεν
ὁ στρατηγός, ἀποκρίνεται αὐτῷ Ποσείδιππος ὁ κυβερνήτης, ὅτι
τριήραρχός τε ἐγὼ τῆς νεὼς εἴην καὶ ὑπεύθυνος, καὶ τὸν μισθὸν
παρ' ἐμοῦ λαμβάνοι· πλεύσοιτο οὖν οἷ ἐγὼ κελεύω, εἰς Θάσον ὡς

---

§ 50 τριήραρχός τε] τε om. S. — οἷ supra v. a. m. pr. S. — εἰς θασ. ὡς τὸν στρατ. insiticia esse suspicatur v. Herwerden petita ex § 49. Mnem. 1875.

Thasi degens Callistratus incolis persuasit coloniam mittere Datum in adverso littore situm, in regione omnibus bonis tam opulenta ut „Thasum bonorum" appellaret, unde proverbium derivatum est „Θάσος ἀγαθῶν". ἐπὶ τῶν εὐδαίμονα καὶ λαμπρὸν ἀποδεῖξαί τινα ἐπαγγελλομένων ἡ παροιμία ἐστίν cf. Zenob. IV. 34, alii „Δάτος ἀγαθῶν" proverbium edunt. Mox tamen Ol. 106. 1 (356) haec colonia a Philippo, rege Macedonum, suppressa est, cum multos incolas deduxisset Philippos, in novam urbem a se conditam. cf. A. Schaefer Dem. I², 135 II² 26. Curt. Gr. Gesch. III. 424 sqq.

κηδεστήν] h. l. *affinem.*

§ 49 διαχλευάσαντος αὐτοῦ] διαχλευάζω (tantummodo h. l. invenitur hoc compositum) et χλευάζω (XLVII 34, VII 7, XIX 23, LIV 4) significant *insultare alicui*, χλεύη *contumelia*, *probrum*, προσεκχλευάζω XXIV, 15 ubi v. Herwerden προσχλευάζω, cf. de usu huius verbi Lortzing pg. 56.

ἃ οὐδ' ἂν ὑμεῖς ἀγνοήσαιτε] litotes cf. ad § 13.

οἱ γὰρ νόμοι οὐκ ἐῶσιν ἀποδέχεσθαι — ἢ ἐν τοῖς αὐτοῖς (scil. ἐπιτιμίοις) κελεύουσιν ἐνέχεσθαι τὸν ὑποδεχόμενον τοὺς φεύγοντας] Bene observat Lortzing pg. 38 sq. haec verba inter se non concinere, sed postrema omittenda fuisse si orator recta disiunctione uti voluisset. cf. Volkmann² pg. 478, Straub pg. 121 de hac figura.

ἐνέχεσθαι ἐν τοῖς αὐτοῖς] praepositio iteratur etiam Dem. XXIII. 38, vulgo ἐνέχεσθαι et ἔνοχος dativo poenae et genitivo criminis iungitur cf. Lys. XIV. 7, Dem. XIX. 201, XXIII. 41, LI. 4. 11.

§ 50 ὑπεύθυνος] nempe apud λογισταὶ et ἐπιμεληταὶ τῶν νεωρίων cf. Introductionis pg. XIV et ad § 36.

πλεύσοιτο οὖν οἷ ἐγὼ κελεύω] de hoc optativo cf. ad § 44.

Digitized by Google

51 τὸν στρατηγόν. ἀφικομένων δ' ἡμῶν τῇ ὑστεραίᾳ εἰς τὴν Θάσον, μεταπέμπεταί με ὁ Τιμόμαχος, οὗ κατήγετο ἔξω τείχους. φοβούμενος δ' ἐγὼ μὴ δεθείην διαβληθεὶς ὑπὸ Καλλίππου, αὐτὸς μὲν οὐχ ὑπακούω, ἀλλὰ λέγω τῷ ὑπηρέτῃ ὅτι εἴ τι βούλοιτό μοι διαλέγεσθαι, ἐν τῇ ἀγορᾷ ἔσομαι, τὸν δὲ παῖδα συμπέμπω αὐτῷ, ἵν' εἴ τί μοι προστάττοι, ἀκούσας ἀπαγγείλαι μοι. διὰ μὲν ταύτας
52 τὰς αἰτίας ὦ ἄνδρες δικασταί, ἃς εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, ὁ Τιμόμαχος οὐκ ἠνάγκαζε παραλαμβάνειν τοῦτον τὴν ναῦν, ἔτι δὲ καὶ βουλόμενος αὐτὸς χρῆσθαι τῇ νηὶ ὡς ἄριστα πλεούσῃ. τὴν μὲν γὰρ [τοῦ] Θρασυλόχου τοῦ Ἀναγυρασίου τριήρη, ἐφ' ἧς αὐτὸς ἔπλει, τὸν Θρασύλοχον τῷ Καλλίππῳ μισθῶσαι τὴν τριηραρχίαν ἔπεισεν, ἵν' αὐτοκράτωρ ὢν ὁ Κάλλιππος τῆς νεὼς περιάγοι τὸν Καλλίστρατον· αὐτὸς δ' ἀναβὰς ἐπὶ τὴν ἐμὴν ναῦν περιέπλει πανταχοῖ, ἕως ἀφίκετο εἰς Ἑλλήσποντον.
53 Ἐπειδὴ δ' οὐκέτι χρεία ἦν αὐτῷ τριήρων, ἐμβιβάσας μοι Λυκῖ- 1223
νον τὸν Παλληνέα ἄρχοντα εἰς τὴν ναῦν, καὶ προστάξας αὐτῷ

---

§ 52 *τοῦ* ante *Θρασυλόχου* secl. Blass quia hic homo nunc primum nominatur. — *τὴν τριηραρχίαν* del. Dobrae — *περιάγοι*. Praepositionem in hoc verbo suspectam iudicat van Herwerden. cf. § 48 *μέλλεις* — *ἄγειν* et § 49 *οὐδένα ἄξω*. Verbo simplici adhaesisse ei videtur e sequenti *περιέπλει*.

---

§ 51 *ἀπαγγείλαι*] monet La Roche (Beiträge) pg. 134 sqq. formas desinentes in — *αι* praesertim apud Xenophontem et Demosthenem legi, quamquam illae in *-ειεν* desinentes usitatiores sunt. Inscriptiones hac in re adhuc nihil dant.

§ 52 *ἔτι δὲ καί*] *insuper*, cf. ad § 6.

ὡς ἄριστα πλεούσῃ] cf. de hac coniunctione causam indicantis cum *ὡς* Kühner (Gramm.) II² 2. pg. 648. 1 et *a* Goodwin (Syntax) num. 864 et 865.

τὴν μὲν γὰρ — τριήρη — τὸν Θρασύλοχον — μισθῶσαι τὴν τριηραρχίαν ἔπεισεν.] Verba *τὴν μὲν γὰρ — τριήρη* non cohaerent cum sequentibus. „Est accusativus qui vulgo dicitur absolutus, h. e. initio periodi ita positus, ut cum sequi debeat verbum ex quo aptus sit, post *παρένθετον* aliquid mutata constructione expers regiminis pendere videatur" G. H. Schaefer. Invenies ordinem eodem modo turbatum apud nostrum LIX. 72. Bene observavit Uhle (pg. 96 a. 2) LIII. 20 (*τὸν δὲ Μάνην — ἐπειδὴ οὐχ οἷός τ' ἦν αὐτῷ ἀποδοῦναι ὁ Ἀρχέπολις οὔτε τὸν τόκον οὔτε τὸ ἀρχαῖον ἅπαν, ἐναπετίμησεν αὐτῷ*) hoc vitio carere, nempe *τὸν δὲ Μάνην* pendere ex *ἐναπετίμησεν*. Cf. porro XXIII. 213, LI. 5. Lortzing pg. 68 sq., Sigg pg. 428.

Thrasylochus hic est frater Midiae, Demosthenem vexavit, morem gessit eius tutoribus, sed ultus est Demosthenes cf. XXI. 78, 81, XXVIII. 17. Observa molestam nominum propriorum repetitionem.

§ 53 *ἐπειδὴ δ' οὐκέτι χρεία ἦν αὐτῷ τριήρων*] *cum ei non amplius triremibus opus esset*, eodem sensu *χρεία ἐστίν* usurpat Dem. XIX. 270, XXI. 101. XXIV. 209.

ἄρχοντα] nempe *τῶν τριήρων τῶν οἰκαδε κατακλεουσῶν*, ut recte opinatur G. H. Schaefer.

Digitized by Google

καθ' ἡμέραν ἀργύριον διδόναι τοῖς ναύταις, ἀποπλεῖν οἴκαδέ με ἐκέλευσεν. ἐπειδὴ τοίνυν καταπλέοντες οἴκαδε ἤμεν ἐν Τενέδῳ, καὶ οὔτε ὁ Λυκῖνος, ᾧ προσέταξεν ὁ Τιμόμαχος, ἐδίδου τοῖς ναύταις σιτηρέσιον (οὐ γὰρ ἔΦη ἔχειν, ἀλλ' ἐκ Μυτιλήνης λήψεσθαι), οἵ τε στρατιῶται εἶχον οὐδὲν ὅτου ἂν ἐπεσιτίσαντο, ἄσιτοι δὲ οὐκ ἂν
54 ἠδύναντο ἐλαύνειν, πάλιν παραλαβὼν ἐγὼ μάρτυρας τῶν πολιτῶν, προσελθὼν Πολυκλεῖ τουτῳὶ ἐν Τενέδῳ, ἐκέλευον αὐτὸν τήν τε ναῦν παραλαμβάνειν ὡς διάδοχον ὄντα, καὶ τὸ ἐπιτριηράρχημα ἀποδιδόναι τοῦ χρόνου οὗ ἐπανήλωσα ὑπὲρ τούτου ἐπιτριηραρχῶν, ἵνα μὴ πρόΦασις αὐτῷ γένοιτο ἀπολογίας πρὸς ὑμᾶς, ὡς ἐγὼ διὰ τοῦτο οὐκ ἤθελον αὐτῷ παραδοῦναι τὴν ναῦν, Φιλοτιμούμενος, ἵνα καταπλεύσαιμι οἴκαδε ἐπὶ νεὼς εὖ πλεούσης καὶ ἐνδειξαίμην ὑμῖν
55 τὰ ἀναλώματα. οὐκ ἐθέλοντος δ' αὐτοῦ παραλαμβάνειν, τῶν δὲ ναυτῶν ἀργύριον αἰτούντων ἵν' ἀγοράσωνται τὰ ἐπιτήδεια, πάλιν

---

§ 53 *ἀργύριον*] *μισθὸν* A. — *ἐκέλευσεν* Blass] *ἐκέλευεν* codd. — Λυκῖνος] *λυκεῖνος* S. — verba *οὐ γὰρ ἔΦη ἔχειν — τοῖς ναύταις τὸ σιτηρέσιον* (§ 56) om. A, spatio vacuo XVII versuum relicto; suppl. m. rec. Apparet in codice, unde A descriptus est, omissionem propter similia verba recurrentia factam esse. — *ἐπεσιτίσαντο* Blass] *ἐπισιτίσαιντο* codd. — *ἠδύναντο* cf. ad § 16 *ἤμελλον*. —

§ 54 *τουτῳὶ* Blass] *τούτῳ* codd. —

ἀποπλεῖν] usitatius est *καταπλεῖν*, ut mox *καταπλέοντες*. *ἀποπλεῖν* sensu *τοῦ redire in patriam*, modo bis apud Demosthenem occurrit, XIX. 51: *ἡνίκα δεῦρο ἀποπλεῖν ἐβουλόμην*, et XXI. 167: *ὅτε δεῦρ' ἀπεπλεῖτε ἐκ Στύρων*. Nusquam invenies coniunctum cum *οἴκαδε*. Noster pro eo quod est *redire in patriam vel unde vela sunt data* semper usurpat *καταπλεῖν*, in sola autem hac oratione etiam §§ 49 et 50 *ἀποπλεῖν* hoc sensu invenitur.

καὶ οὔτε ὁ Λυκῖνος — οἵ τε στρατιῶται κτέ.] de *τε* post *οὔτε* illato cf. Plat. Apol. pg. 26 C, ubi vide Stallbaum, Symp. pg. 223 C, et Kühner (Gramm.) II[3]. 2. pg. 831 a, rarissime *καί* sequitur post *οὔτε*, velut Eur. I. T. 591 sq.:

σὺ δ', εἰ γάρ, ὡς ἔοικας, οὔτε δυσγενὴς.
καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα χοὔς κἀγὼ θέλω.

ᾧ προσέταξεν ὁ Τιμόμαχος] proximis verbis iam narravit Timomachum Lycino imperasse ut nautis Apollodori pecuniam solveret, et iam nunc repetit. Cf. de tali molesta repetitione Uhle pg. 48 sq. qui omnes locos enumeravit.

De Lycino nihil innotuit, nescimus utrum Mytilenae ei essent amici, a quibus pecuniam mutuam sumeret, an tergiversaretur ne solveret stipendium.

§ 54 *καὶ τὸ ἐπιτριηράρχημα ἀποδιδόναι τοῦ χρόνου οὗ ἐπανήλωσα ὑπὲρ τούτου ἐπιτριηραρχῶν*] Amor figurae, cui nomen est „attractio", nostrum pellexit ut ea abuteteretur, pronomen enim *οὗ* in hoc ordine non potest non pertinere ad substantivum *χρόνου*, sed sensus postulat ut illud pertineat ad *ἐπιτριηράρχημα*, § 65 contra omnia bene disposuit. cf. de molestissima repetitione pronominis *αὐτός* ad § 23.

ἐνδειξαίμην] h. l. *ostentarem*, *ἐνδεικνύναι* est *docere*, *ἔνδειγμα documentum*, *ἔνδειξις accusatio*.

Digitized by Google

αὐτῷ προσέρχομαι μάρτυρας ἔχων, καὶ ἡρώτων αὐτὸν εἰ ἀναπλεύσειεν ἔχων ἀργύριον ὡς διαδεξόμενός μοι τὴν ναῦν, ἢ οὔ. ἀποκριναμένου δ' αὐτοῦ ὅτι ἔχων ἀργύριον ἥκοι, ἐκέλευον αὐτόν μοι δανεῖσαι ὑποθέμενον τὰ σκεύη τῆς νεώς, ἵν' ἔχοιμι διαδοῦναι τοῖς ναύταις καὶ κατακομίσαι τὴν ναῦν, ἐπειδὴ οὐ βούλεται παραλαβεῖν
56 διάδοχος ὤν. δεομένου δέ μου ταῦτα, ἀπεκρίνατό μοι ὅτι οὐδ' ἀκαρῆ δανείσοι. ἐγὼ μὲν οὖν παρὰ ξένων Τενεδίων τοῦ πατρός, Κλεάνακτος καὶ Ἐπηράτου, ἐδανεισάμην καὶ ἔδωκα τοῖς ναύταις τὸ σιτηρέσιον· διὰ γὰρ τὸ Πασίωνος εἶναι καὶ ἐκεῖνον ἐξενῶσθαι πολλοῖς 1224
καὶ πιστευθῆναι ἐν τῇ Ἑλλάδι, οὐκ ἠπόρουν, ὅπου δεηθείην, δανείσασθαι. ὡς οὖν ταῦτ' ἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς λέγω, τούτων ὑμῖν τὰς μαρτυρίας παρέξομαι.

ΜΑΡΤΤΡΙΑΙ.

57 Ὅσων μὲν τοίνυν ὑμῖν ἠδυνάμην τὰς μαρτυρίας παρασχέσθαι τῶν παραγενομένων, ὡς παρεδίδουν τὴν ναῦν Πολυκλεῖ πολλάκις, οὗτος δ' οὐκ ἠθέλησε παραλαβεῖν, ἀνέγνωκεν ὑμῖν· ἔτι δὲ καὶ ἐκ τεκμηρίων ἱκανῶν δεδήλωκα ὑμῖν, διότι οὐκ ἤθελε παραλαβεῖν τὴν ναῦν. βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν νόμον ἀναγνωσθῆναι τὸν περὶ τῶν διαδόχων, ἵν' εἰδῆτε ἡλίκων τῶν ἐπιτιμίων ὄντων, ἐάν τις μὴ

---

§ 56 ἐξενῶσθαι pr. A.] corr. rec. ἐπεξενῶσθαι. —

§ 57 τῶν παραγενομένων] τούτων παραγ. S. — ἠθέλησε] ἤθελε A. —

---

§ 55 εἰ ἀναπλεύσειεν] oratio indirecta pro ἀνέπλευσας, raro autem indicativus Aoristi in optativum mutatur in oratione obliqua cf. Goodwin (Syntax) num. 124 et 125.

ὑποθέμενον] cf. ad § 7.

ἔχοιμι διαδοῦναι] cf. de ἔχειν c. Inf. ad § 2 ἔχει ἐπιδεῖξαι.

κατακομίσαι] est et *e mediterraneis ad littus portare* vel *ex agris in urbem cogere* cf. Dem. XIX. 86, 125: παῖδας καὶ γυναῖκας ἐκ τῶν ἀγρῶν κατακομίζειν, sic κατακομιδή cf. Thuc. I. 120. 2, et, ut h. l., *navem ad littus deducere*, *in patriam reducere* cf. etiam LVI. 27 εἰ — μηδὲ κατακεκόμικας τὴν ναῦν Ἀθήναζε, et passim in illa oratione.

§ 56 οὐδ' ἀκαρῆ] *ne hilum quidem*, ἀκαρής ἐνίοτε τὸ βραχύ, ὃ οὐδὲ κεῖραι οἷόν τε Hesych. s. v., ἀκαρῆ ἀττικῶς, μικρόν Ἑλληνικῶς Moeris ubi vide Pierson, cf. porro Schol. ad Aristoph. Plut. 244. est vox comica ut οὐδὲ βανίδα, οὐκ ἄξιον τριχός, οὐδὲ φεψάλυξ, οὐδὲ γρῦ (hoc etiam Dem. XIX. 39). Apud Demosthenem etiam occurrit ἀκαριαῖος *brevis*, *parvus*, nempe LVI. 30 ἐκεῖσε μέν γε ἀκαριαῖος ὁ πλοῦς.

τὸ Πασίωνος εἶναι] Pasio, Apollodori pater, argentarius fuit et mercaturam faciebat per totam Graeciam et colonias.

ἐξενῶσθαι] *alieno hospitio uti*, sic Blass correxit pro ἐπεξενῶσθαι, quod verbum apud prosae scriptores ante Aristotelem non occurrit, cf. Lortzing pg. 57.

§ 57 ὅσων μὲν τοίνυν — παραλαβεῖν τὴν ναῦν] cf. XLIX. 69 qui locus huic simillimus est, et LIII. 22.

διότι] cf. ad § 10.

ἐπιτίμιον] *supplicium*, *merces*, in

Digitized by Google

διαδέξηται τὴν ναῦν ἐν τῷ χρόνῳ τῷ εἰρημένῳ, κατεφρόνησεν οὐκ ἐμοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν καὶ τῶν νόμων. καὶ διὰ μὲν τοῦτον
58 πάντα τῇ πόλει ἄπρακτα γέγονε καὶ τοῖς συμμάχοις· οὔτε γὰρ ἀφίκετο ἐπὶ τὴν ναῦν κατὰ τὸν νόμον, οὔτ' ἐπειδὴ ἦλθεν ἠθέλησε διαδέξασθαι· ἐγὼ δὲ καὶ τὸν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ὑμῖν χρόνον καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ συντριηράρχου ἐλῃτούργησα, καὶ ἐπειδὴ ἐξῆλθέ μοι ὁ χρόνος τῆς τριηραρχίας, προστάττοντός μοι τοῦ στρατηγοῦ πλεῖν
59 ἐφ' Ἱερὸν παρέπεμψα τῷ δήμῳ τὸν σῖτον, ἵν' ἔχητε ἄφθονον ὠνεῖσθαι καὶ μηδὲν ὑμῖν κατ' ἐμὲ ἐλλείπηται, καὶ ἄλλα ὅσα ἢ ἐμοὶ ἢ τῇ τριήρει ἐβουλήθη ὁ στρατηγὸς χρῆσθαι, παρέσχον αὐτῷ, οὐ μόνον τὴν οὐσίαν ἀναλίσκων, ἀλλὰ καὶ τῷ σώματι κινδυνεύων συνεπιπλέων, τῶν οἰκείων μοι πραγμάτων τοιούτων συμβεβηκότων ἐν
60 τῷ τότε καιρῷ, ὥστε ὑμᾶς ἂν ἀκούσαντας ἐλεῆσαι. ἡ μέν γε μήτηρ ἔκαμνε καὶ ἐπιθάνατος ἦν ἐμοῦ ἀποδημοῦντος, ὥστε μὴ δύνασθαι 1225
[ἂν] ἔτι αὐτὴν βοηθῆσαι τοῖς ἐμοῖς πράγμασιν ἀνηλωμένοις ἀλλ' ἢ βραχέα. ἐκταῖος γὰρ ἥκων ἐτύγχανον, καὶ ἐκείνη ἰδοῦσά με καὶ προσειποῦσα τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν, οὐκέτι τῶν ὄντων κυρία οὖσα

§ 59 ἔχῃτε] ἔχει S A, ἔχῃ Turr.
§ 60 δύνασθαι[ἂν] del. Blass. — προσειποῦσα] προσείπασα S A Q.

re iudiciaria apud Athenienses est *poena a iudicibus constituta*, cf. Isae. III. 47: οὔτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν ἄρχοντα εἰσαγγελίαις ἔπεστιν. Lyc. Leocr. 4: ὁ δὲ κατήγορος (πέφυκεν) μηνύειν τοὺς ἐνόχους τοῖς ἐκ τῶν νόμων ἐπιτιμίοις καθεστῶτας. Dem. XXIV. 115, XLVII. 2, 64. XX. 156: θάνατον λέγει· τοῦτο γάρ ἐστ' ἐπ' ἐκείνῳ τὸ ἐπιτίμιον. Meier-Schoem.-Lips. pg. 956 an. 546.

κατεφρόνησεν οὐκ ἐμοῦ — τῶν νόμων] Idem reperies LIX. 72 οὕτω πολὺ τῶν νόμων καὶ ὑμῶν κατεφρόνησεν.

§ 59 ἵν' ἔχητε ὠνεῖσθαι] cf. ad § 2 ἔχει ἐπιδεῖξαι.

μηδὲν κατ' ἐμὲ ἐλλείπηται] cf. ad § 13 μηδὲν ἔλλειποι.

ὥστε ὑμᾶς ἂν ἀκούσαντας ἐλεῆσαι] pro ὑμεῖς ἂν ἐλεήσαιτε in or. directa cf. Goodwin (Syntax) num. 592, Kühner (Gramm.) II[3] 2 pg. 1007. 2

§ 60 ἡ μέν γε μήτηρ κτέ] h. l. et in paragrapho sequenti enumerat res domesticas minus faustas; sex membra adiungit particulis μέν-δέ-δέ-δέ-δέ-δέ. Ceterum quae dicit orator de matre sua et uxore aptiora ad captandam misericordiam iudicum quam veriora sunt. cf. de matre XLVI 79 sq. et de uxore XXXVI. 45 et LIX 122 „ubi affirmat uxores esse liberorum procreandorum, pelices voluptatis causa.

ἐπιθάνατος] *morti proxima* (ad vim praepositionis cf. ἐπίτεξ, sive ἐπίτοκος, ut sequiores dicebant), vox nusquam alibi reperta, nisi quod Pollux III. 106 habet ἐπιθανάτως ἔχειν, et V. 132 φάρμακον ἐπιθάνατον, ubi significat: *mortifer.*

ὥστε μή — ἀλλ' ἢ βραχέα] de μή — ἀλλ' ἤ cf. ad § 7 οὐκ — ἀλλ' ἤ.

μὴ δύνασθαι ἔτι αὐτήν] acc. c. Inf. ubi nominativum exspectes, sic etiam Dem. IV. 47 ὅταν ὑμεῖς — ἀποδείξητε — ὥστε μὴ ἀκούειν μόνον ὑμᾶς κτέ. cf. ad § 34.

προσειποῦσα] sic Blass pro vulgata προσείπασα, quam formam tuetur La

Digitized by Google

ὥστε δοῦναι ὅσα ἐβούλετό μοι. πολλάκις δὲ πρότερον μετεπέμπετό
61 με, ἀφικέσθαι δεομένη αὐτόν, εἰ μὴ τῇ τριήρει οἷόν τ' εἴη. ἡ δὲ
γυνή, ἣν ἐγὼ περὶ πλείστου ποιοῦμαι, ἀσθενῶς διέκειτο πολὺν
χρόνον ἐν τῇ ἐμῇ ἀποδημίᾳ· τὰ δὲ παιδία μικρά, ἡ δ' οὐσία ὑπό-
χρεως· ἡ δὲ γῆ οὐχ ὅπως τινὰ καρπὸν ἤνεγκεν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὕδωρ
ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ, ὡς πάντες ἴστε, ἐκ τῶν φρεάτων ἐπέλιπεν,
ὥστε μηδὲ λάχανον γενέσθαι ἐν τῷ κήπῳ· οἱ δὲ δεδανεικότες ἦκον
ἐπὶ τοὺς τόκους, ἐπειδὴ ὁ ἐνιαυτὸς ἐξῆλθεν, εἰ μή τις ἀποδοίη
62 αὐτοῖς κατὰ τὰς συγγραφάς. ὧν ἀκούοντά με καὶ παρὰ τῶν ἀφικ-
νουμένων λόγῳ, τὰ δὲ καὶ δι' ἐπιστολῶν παρὰ τῶν οἰκείων, τίνα
με οἴεσθε ψυχὴν ἔχειν, ἢ πόσα δάκρυα ἀφιέναι, τὰ μὲν ἐκλογιζό-
μενον περὶ τῶν παρόντων, τὰ δὲ καὶ ποθοῦντα ἰδεῖν παιδία καὶ
γυναῖκα καὶ μητέρα, ἣν ἐγὼ οὐ πολλὰς ἐλπίδας εἶχον ζῶσαν κατα-

---

§ 61 *ἀποδοίη*] *ἀποδιδοίη* S. —

Roche (Beiträge) pg. 137, afferens XLVII. 41 *εἶπα*, LIII. 24 *εἶπαιεν* var. lect. *εἶποιεν*, LIX. 5 *εἶπας*, 70 *εἶπειεν*, sed ipse confitetur praeter hos locos apud Atticos Aoristi primi in usu fuisse solas formas: *εἶπας*, *εἶπατον*, *εἶπατε* et *εἰπάτω*. Blass omnibus locis supra citatis formas Aoristi secundi restituit; cf. Kühner-Blass (Gramm.) I². 2. pg. 422 sq., Rutherford Phryn. pg. 219 sq. contendit in solis Indicativo et Imperativo formas Aor. I et II variare, sed in Optativo, Infinitivo et Participio unice formas Aor. II usurpatas esse. Ex inscriptionibus patet, annis 350—250 a. C. n. formas *εἰπέτω* et *εἰπάτω* promiscue ususpari, participium *εἶπας* circa ann. 300 a. C. n. nobis traditum esse, sed Infinitivum Atticis semper fuisse *εἰπεῖν* cf. Meisterhans² pg. 147. 7. Iure ergo Blass formas Aoristi secundi restituit.

αὐτόν] i. q. *μόνον*, cuius usus abundant exempla, cf. Kühner (Gramm.) II² 1. 562. 2a, saepe *μόνος* additur cf. Plat. Gorg. pg. 500 B, Dem. XX. 84. Lys. XXXI. 17: *τότε μὲν αὐτὸς, μόνος, τότε δ' ἑτέροις ἡγούμενος*, ubi Cobet delet *μόνος* V. L. pg. 111.

§ 61 *ἀσθενῶς διέκειτο*] cf. ad § 19.

ὑπόχρεως] *aere alieno obrutus*, invenitur XLIX. 11, Isae. X. 16. 17, Aristoph. Nub. 243 et apud posteriores.

οὐχ ὅπως-ἀλλὰ καί] cf. Kühner (Gramm.) II² 2. pg. 800 sqq. 3.

οἱ δὲ δεδανεικότες ἦκον ἐπὶ τοὺς τόκους] *feneratores petebant usuras.* *ἥκειν ἐπί τι* est *petere aliquid*, sic Xen. Anab. II. 3. 8: *ἐλθεῖν τε ἐπὶ τἀπιτήδεια καὶ λαβεῖν, ad petenda cibaria.*

συγγραφή] Scripta formula, qua pactum privatum firmatur, praesertim de mutuo, *συνθήκη ἔγγραφος* Pollux VIII. 140, hoc loco generaliter usurpata, vulgo distinguuntur *συγγραφὴ ἔγγειος* et *συγγραφὴ ναυτική* Bekk. Anecd pg. 283. Etiam vocatur *χειρόγραφον*, quod vero sine scripta formula mutuum datum est *χειρόδοτον* nominatur, cf. Pollux II. 152 *χειρόδοτον δὲ δάνεισμα τὸ ἄνευ συμβόλου.* Hermann Gr. Antiq. IV². 2 pg. 460 sq.

§ 62 *ὧν ἀκούοντά με κτέ*] Interrogatio rhetorica, quam noster bis in hac paragrapho adhibet cf. ad § 1.

τίνα με οἴεσθε ψυχὴν ἔχειν;] *quo animo me esse putatis?* occurrunt eadem verba Dem. XXVIII. 21. cff. § 23 huius orationis, et Lys. XIII. 46. Lys. VI. 23: *τίνα αὐτὸν δοκεῖτε ψυχὴν ἴσχειν*; XXXII. 12: *τίνα ποτὲ ψυχὴν ἴσχων*; Isocr. XVII. 10: *τίν' οἴεσθέ με γνώμην ἔχειν.*

ἣν ἐγὼ οὐ πολλὰς ἐλπίδας

Digitized by Google

λήψεσθαι; ὧν τί ἥδιόν ἐστιν ἀνθρώπῳ, ἢ τοῦ ἕνεκ' ἄν τις εὔξαιτο τούτων στερηθεὶς ζῆν;

63 Τοιούτων τοίνυν μοι συμβεβηκότων τῶν πραγμάτων, οὐ περὶ πλείονος ἐποιησάμην τὰ ἐμαυτοῦ ἴδια ἢ τὰ ὑμέτερα, ἀλλ' ἡγούμην δεῖν καὶ χρημάτων ἀναλισκομένων κρείττων εἶναι καὶ τῶν οἴκοι ἀμελουμένων καὶ γυναικὸς καὶ μητρὸς νοσούσης, ὥστε μήτε τὴν τάξιν αἰτιάσασθαί μέ τινα λιπεῖν μήτε τὴν τριήρη τῇ πόλει ἄχρηστον 1226
64 γενέσθαι. ἀνθ' ὧν ἁπάντων νῦν ὑμῶν δέομαι, ὥσπερ ἐγὼ ὑμῖν εὔτακτον καὶ χρήσιμον ἐμαυτὸν παρέσχον, οὕτω καὶ ὑμᾶς νυνὶ περὶ ἐμοῦ πρόνοιαν ποιησαμένους, καὶ ἀναμνησθέντας ἁπάντων ὧν τε διηγησάμην πρὸς ὑμᾶς, τῶν τε μαρτυριῶν ὧν παρεσχόμην καὶ

---

§ 63 *συμβεβηκότων τῶν*] τῶν om. S. — *αἰτιάσασθαι*] *αἰτιᾶσθαι* S. —
§ 64 *νῦν* om. A. — *διηγησάμην*] *διηγησαίμην* S. —

εἶχον ζῶσαν καταλήψεσθαι] *ἐλπίζω* et *ἐλπίδας ἔχω* apud Demosthenem semper iunguntur c. Inf. Futuri cf. XXVII. 2: *πολλὰς ἐλπίδας ἔχω τεύξεσθαι*, XXI. 4: *ἐλπίζω τὸ δίκαιον ἕξειν*, IV. 50, XIX. 102. *ἐλπίς* (*ἐστι*) contra plerumque iungitur c. Inf. Aoristi, cf. IV. 2: *οὐ δ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι*, modo LIX. 57 Inf. Fut sequitur: *καὶ οὐ πολλὴ ἐλπὶς εἴη αὐτὸν περιγενήσεσθαι*. cf. Karlowa (Bemerk. program. Gymn. Pless.) pg. 20.

§ 63 Incipit Epilogus, sive conclusio (Cic. de Inv. I. 52. 98.), haec divisa est in duas partes, enumerationem et amplificationem, Cic. Top. 26. 98: „peroratio autem et alia quaedam habet et maxime amplificationem, cuius effectus hic debet esse, ut aut perturbentur animi aut tranquillentur, et si ita iam affecti ante sint, ut augeat eorum motus aut sedet oratio." Summatim recapitulat orator omnia quae supra dixit et addit quae idonea sunt ad perturbandum animos iudicum, perinde ac in exordio, monet eos ut non minus a Polycle poenas petant pro se quam iis ipsis, atque consulant posteris trierarchis. Promittit scribam legem et rationem recitaturum esse, quorum tituli tamen sunt omissi, sed quos Reiske addendos putat post *χρόνῳ* in media § 65.

Cf. porro Volkmann[2] pg. 262 sqq., Sigg pg. 415 sq.

Orationum quae tribuuntur Apollodoro solae nostra et oratio XLVII (78—82) habent perorationem integram, ceteris nempe orr. XLVI, XLIX, LII, LIII, LIX, sunt vitiosae nec animum moventes cf. Sigg l. l.

ἡγούμην δεῖν — κρείττων εἶναι] *iudicabam me et iactura pecuniae erogatae et re familiari neglecta et uxoris matrisque morbo non frangi oportere*. De Nommativo c. Inf. post *ἡγούμην δεῖν* cf. Kühner (Gramm.) II[2] 2 pg. pg. 597. 3.

μήτε τὴν τριήρη τῇ πόλει ἄχρηστον γενέσθαι] ne quis ei exprobraret quae ipse Polycli crimini dedit § 58.

§ 64 *εὔτακτον*] *dicto audientem, officium exsequentem*, alibi apud Demosthenem non invenitur, etiam adv. *εὐτακτότερον* occurrit XLV. 77. Apud historicos admodum frequens semper de re militari usurpatur cf. Thuc. II. 89. 9: *εὔτακτοι παρὰ ταῖς ναυσὶ μένοντες*, VII. 77. 5: *πόρειαν ἀσφαλῆ καὶ εὔτακτον*. Xen. Anab. II. 6. 14, VI. 6. 35. Cyrop. III. 3. 57. Comm. III. 5. 5: *ὁ δὲ φόβος — εὐτακτοτέρους ποιεῖ* cf. porro Aeschin. II. 102.

πρόνοιαν ποιησαμένους] cf. ad § 9 *πρόφασιν ποιησάμενος*.

Digitized by Google

τῶν ψηφισμάτων, βοηθῆσαι μὲν ἐμοὶ ἀδικουμένῳ, τιμωρήσασθαι δ' ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν, εἰσπρᾶξαι δὲ τὰ ὑπὲρ τούτου ἀνηλωμένα. ἢ τίς ἐθελήσει φιλοτιμεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς, ὅταν ὁρῶσι μήτε τοῖς χρηστοῖς καὶ εὐτάκτοις χάριν οὖσαν, μήτε τοῖς πονηροῖς καὶ ἀκοσμοῦσι τιμω-
65 ρίαν παρ' ὑμῶν; ἀναγνώσεται δὲ καὶ τὸν νόμον ὑμῖν καὶ τὰ ἀναλώματα τοῦ χρόνου οὗ ἐπετριηράρχησα ὑπὲρ τούτου, καθ' ἕκαστον, καὶ τοὺς λιπόνεως, ὅσον ἕκαστος ἔχων ἀργύριον ἀπέδρα καὶ ὅπου, ἵν' εἰδῆτε ὅτι οὔτε νῦν πρὸς ὑμᾶς ψεῦδος οὐδὲν λέγω οὔτε ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, ἡγοῦμαί τε δεῖν τὸν μὲν ὑπὸ τῶν νόμων χρόνον ὡρισμένον ἀμέμπτως ὑμῖν λητουργεῖν, τοὺς δὲ καταφρονοῦντας καὶ ὑμῶν καὶ τῶν νόμων καὶ οὐκ ἐθέλοντας πείθεσθαι τοῖς νόμοις ἐξε-
66 λέγξας ἀδικοῦντας ἐν ὑμῖν τιμωρήσασθαι. εὖ δ' ἴστε ὅτι οὐ περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων μᾶλλον τιμωρήσεσθε Πολυκλέα, ἢ οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν, οὐδὲ περὶ τῶν παρεληλυθότων τριηράρχων ἐπιμέλειαν ποιήσεσθε μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μελλόντων πρόνοιαν, ὥστε μήτε τοὺς λητουργοῦντας ἀθυμεῖν, μήτε τοὺς διαδόχους καταφρονεῖν τῶν νόμων, ἀλλ' ἀπιέναι ἐπὶ τὰς ναῦς, ὅταν κατασταθῶσιν. ἃ προσήκει 1227

ὑμῶν αὐτῶν Blass coll. § 66] ὑμῶν codd. — ἀνηλωμένα S] ceteri ἀναλωμένα — ἢ τίς] εἰ τίς F S Q. —

§ 65 λιπόνεως] λειπόνεως S A. —

§ 66 ἢ οὐχ] οὐχ om. B, hab. Priscian. II. pg. 172 H. — ὅταν] ἐπειδὰν A. —

ἢ τίς ἐθελήσει φιλοτιμεῖσθαι — ὅταν ὁρῶσι] constructio ad sententiam, qua de re cf. Kühner (Gramm.) II². 1 pg. 49 b.

§ 65 ἀναγνώσεται δὲ καὶ τὸν νόμον] legem iam supra (§ 57) commemoratam.

λιπόνεως] uno vocabulo nominat eos de quibus §§ 11, 15, 23 et 25 narrat; haec forma ante Lucianum (cf. Catapl. 8) non invenitur. Aeschyl. habet λιπόναυς cf. Agam. 212, Theocr. λιποναύταν cf. Id. XIII. 73.

ἡγοῦμαί τε δεῖν — ἐξελέγξας — τιμωρήσασθαι] de nomin. c. Inf. cf. ad § 34.

§ 66 οὐ περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων μᾶλλον — ἢ οὐχ] οὐχ tametsi abundat, tamen non est delendum. Hoc idioma linguae Graecae invenitur apud Herod. IV. 118: ἥκει γὰρ ὁ Πέρσης οὐδέν τι μᾶλλον ἐπ' ἡμέας, ἢ οὐ ἐπ' ὑμέας, V. 94, VII. 16. 3. Thuc. III. 36. 4: ὡμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον, ἢ οὐ τοὺς αἰτίους, ubi Scholiasta annotat: ἡ οὐ ἀπόφασις περιττή, ὁ γὰρ ἢ σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ ἤπερ κεῖται. κἂν τῇ συνηθείᾳ δὲ πολλάκις παρελκούσαις ἀποφάσεσι χρώμεθα. Cf. porro Thuc. II. 62. 3. Xen. Hell. VI. 3. 15. (Dem.) XLIX. 3, 47 (G. H. Schaefer etiam § 37, ubi deest sine necessitate inserere voluit), Greg. Corinth. ed. G. H. Schaefer. pg. 102, Kühner (Gramm.) II² 2 pg. 771 sq., Lobeck ad Phryn. pg. 459.

τῶν παρεληλυθότων τριηράρχων — ἢ τῶν μελλόντων] „oppositio rarior, nam fere opponuntur inter se τὰ παρεληλυθότα et τὰ μέλλοντα" G. H. Schaefer.

ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι] et mox πρόνοιαν Scil. ποιεῖσθαι cf. ad § 9.

Digitized by Google

ὑμᾶς ἐνθυμηθέντας ὀρθῶς καὶ δικαίως διαγνῶναι περὶ ἁπάντων.
67 Ἡδέως δ' ἂν ὑμῶν πυθοίμην ὦ ἄνδρες δικασταί, τίν' ἄν ποτε γνώμην περὶ ἐμοῦ εἴχετε, εἰ τοῦ τε χρόνου ἐξήκοντος καὶ τούτου μὴ ἥκοντος ἐπὶ τὴν ναῦν, μὴ ἐπετριηράρχησα κελεύοντος τοῦ στρατηγοῦ, ἀλλὰ πλέων ᾠχόμην. ἆρ' οὐκ ἂν ὠργίζεσθέ μοι καὶ ἡγεῖσθε ἂν ἀδικεῖν; εἰ τοίνυν ἂν ἐμοὶ τότε ὠργίζεσθε, ὅτι οὐκ ἐπετριηράρχησα, πῶς οὐχὶ νῦν προσήκει ὑμᾶς τοῦτον εἰσπράξαί μοι τὰ ἀναλώματα, ἃ ἐγὼ ὑπὲρ τούτου ἀνήλωσα, τὸν οὐ διαδεξάμενον τὴν ναῦν;
68 Ὅτι δ' οὐκ ἐμοὶ μόνῳ οὐ διεδέξατο τὴν ναῦν, ἀλλὰ καὶ πρότερον Εὐριπίδῃ συντριήραρχος ὢν καὶ συνθηκῶν οὐσῶν αὐτοῖς τοὺς ἓξ μῆνας ἑκάτερον πλεῖν, ἐπειδὴ Εὐριπίδης ἐξέπλευσε καὶ ὁ χρόνος ἐξῆκεν, οὐ διεδέξατο τὴν ναῦν αὐτῷ, ἀναγνώσεται τὴν μαρτυρίαν.

ΜΑΡΤΤΡΙΑ.

---

§ 67 *ἀδικεῖν με* codd.] om. *με* Blass cum A. — *εἰσπρᾶξαι*] Blass mavult *συνεισπρᾶξαι* ut XLIX, 69. — *ἀνήλωσα*] *ἀνάλωσα* A. —

§ 68 ante ΜΑΡΤΤΡΙΑ addendum putat Blass ΝΟΜΟΣ. ΑΝΑΛΩΜΑΤΑ (cf. § 65), quae post *χρόνῳ* § 65 addenda esse ci. Reiske.

---

§ 67 *ἡδέως ἄν ὑμῶν πυθοίμην κτέ*] est *enthymema ex consequentibus* cf. Volkmann[2] pg. 193, Dem. XXII. 7. Tali enthymemate accusationem noster terminat etiam XLVI. 27 et XLIX. 68.

τίν' ἄν ποτε γνώμην εἴχετε — εἰ μὴ ἐπετριηράρχησα — ἀλλὰ πλέων ᾠχόμην] modus orationis directae servatus est, ut etiam locis citatis, cf. de hoc usu Goodwin (Syntax) num. 689, 3 pg. 275.

§ 68 Accusatione ad finem peracta, aliquid novi orator addit, quod nihil quidem ad hanc causam pertinet, sed vitiosos Polyclis mores illustret. Demosthenes ipse tale quid initio argumentationis narrasset, et in hac oratione etiam haec verba transponenda esse censerem, nisi noster XLIX. 65 sqq. idem fecisset, nunc nihil mutandum esse existimo. cf. A. Schaefer Add. pg. 191. Euripides, de quo h. l. fit mentio, prorsus ignotus est.

Digitized by Google

THESES.

Digitized by Google

Digitized by Google

THESES.

I.

Hom. Δ 527 (ed. van Leeuwen et Mendes da Costa):

τὸν δὲ Θόας Αἰτωλὸς ἀπεσσύμενον 'βάλε δουρὶ,

Codices habent ἐπεσσύμενος vel ἐπεσσύμενον.

Propono ἀπαινύμενον.

II.

Hom. Δ 542:

χειρὸς ἐλοῦσα, ἀτὰρ βελέων ἀπερύκοι ἐρωήν·

hiatum post ἐλοῦσα vix ferendum iudicat van Leeuwen.

Legendum est:

χειρὰς ἐλοῦσ', ἀπό τ' ἄρ βελέων τοι ἐρύκοι ἐρωήν·

III.

Hom. ο 626:

ἄχνη ὑπεκρύφθη, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτη
ἱστίῳ ἐμβρέμεται,

Digamma in voc. δϝεινός postulat:

ἄχνη ὑπεκρύφθη, δϝεινὸς δ' ἀνέμοιο ἀήτη
ἱστίῳ ἐμβρέμεται,

IV.

Thuc. III. 3. 6 (ed. van Herwerden):

οἱ δ' οὔτ' ἐς τὸν Μαλόεντα ἐξῆλθον, τά τε ἄλλα τῶν τειχῶν καὶ λιμένων περὶ τὰ ἡμιτέλεστα Φραξάμενοι ἐφύλασσον.

Digitized by Google

Primum cum van Herwerden mutandum est *περὶ* in *μέρη*, et legendum:

τά τ' ἐσταλμένα τῶν τειχῶν καὶ λιμένων μέρη [τὰ ἡμιτέλεστα] Φραξάμενοι ἐφύλασσον.

V.

Thuc. VI. 92. 4:

οὐδ' ἐπὶ πατρίδα οὖσαν ἔτι ἡγοῦμαι νῦν ἰέναι, πολὺ δὲ μᾶλλον τὴν οὐκ οὖσαν ἀνακτᾶσθαι.

Legendum est: *τὴν ἐκβαλοῦσαν ἀνακτᾶσθαι.*

VI.

Xen. Anab. I. 7. 9:

Νὴ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, εἴπερ γε Δαρείου καὶ Παρυσάτιδός ἐστι παῖς, ἐμὸς δ' ἀδελφός, οὐκ ἀμαχεὶ ταῦτ' ἐγὼ λήψομαι.

Legendum est:

ἐμός τ' ἀδελφός.

VII.

Ibid. I. 9. 29:

παρὰ μὲν γὰρ Κύρου δούλου ὄντος οὐδεὶς ἀπήει πρὸς βασιλέα, πλὴν Ὀρόντας ἐπεχείρησεν· καὶ οὗτος δὴ ὃν ᾤετο πιστὸν οἱ εἶναι ταχὺ [αὐτὸν] εὗρε Κύρῳ φίλτερον ἢ ἑαυτῷ·

Deleatur vocabulum uncinis inclusum.

VIII.

Xen. Hell. II. 3. 36.

οὐ μέντοι θαυμάζω γε τὸ Κριτίαν παρανενομηκέναι· ὅτε γὰρ ταῦτ' ἦν, οὐ παρὼν ἐτύγχανεν.

Legendum est:

οὐ μέντοι θαυμάζω γε τὸ Κριτίαν παρανενοηκέναι·

non tamen miror Critiam prava sensisse de hac re.

De *παρανοεῖν prava sentire de aliqua re* cf. Eur. Iph. in Aul. 837.

Digitized by Google

IX.

Pind. Pyth. IV. 211 sqq. (ed. Christ.)

ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτεν
ἦλυθον· ἔνθα κελαινώπεσσι Κόλχοισιν βίαν
μῖξαν Αἰήτα παρ' αὐτῷ.

Legendum est: Αἰήταο τ' ἀγαυῷ.

X.

Caes. de B. C. II. 4. 4. (ed. Kraner):

Communi enim fit vitio naturae, ut *improvisis* atque incognitis rebus magis confidamus vehementiusque terreamur.

Codices habent: *invisis latitatis.*

Nipperdey legit: *invisis*, expuncto voc. *latitatis.*

Legendum censeo: *invisitatis.*

XI.

Cic. in Verr. II. I. 36. 92:

Cum ad HS viciens quinquiens redegisse constaret, ut Romam rediit, nullam *litteram* pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit;

Legendum est:

nullam *libellam* pupillo cet.

XII.

Cic. in Verr. II. IV. 4. 7:

Verres quod ubique erit pulcherrimum auferet?

nihil habere cuiquam praeterea licebit?

Legendum est:

nulli habere quicquam praeterea licebit?

XIII.

Cic. in Verr. II. IV. 19. 41:

Res tota Sicilia clara, *propter caelati* argenti cupiditatem reos fieri rerum capitalium, neque solum reos fieri; sed etiam absentes.

Legendum est:

propter praetoris caelati argenti cupiditatem.

Digitized by Google

XIV.

Cic. de Amic. XVII. 62:

Sed saepe (Scipio) — querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent — in amicis eligendis negligentes esse nec habere quasi signa quaedam et notas, quibus [eos] qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent.

Deleatur vocubulum uncinis inclusum.

XV.

Cic. de Senect. II. 6:

Volumus sane, nisi molestum est, Cato, (cum tu) tanquam longam aliquam viam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum sit, istuc, quo pervenisti, videre quale sit.

Inserenda sunt vocabula uncinis inclusa.

XVI.

Liv. XXIV. 16. 17 (ed. Weissenborn.):

Et Gracchus ita permisit, in publico epularentur omnes. ante suas *quisque* fores prolata omnia.

Legendum est:

Et Gracchus ita permisit, *ut* in publico epularentur omnes. ante suas *cuiusque* fores prolata omnia.

XVII.

Ovid. Metam. VI. 215:

Desine, Phoebus ait, poenae mora longa querella est.

Iniuria Hartman hunc versum auctore Heinsio temptat, verba sunt sanissima.

XVIII.

Verg. Aen. III. 454 sq.:

Quamvis increpitent socii et *vi cursus* in altum
Vela *vocet* possisque sinus implere secundos.

Legendum est:

et vi *rursus* in altum
Vela *vocent.*

Digitized by Google

XIX.

Hor. Sat. II. 6. 16—20:

Ergo ubi me in montes et in arcem ex urbe removi
Quid prius illustrem Satiris Musaque pedestri?
Nec mala me ambitio perdit nec plumbeus Auster
Autumnusque gravis Libitinae quaestus acerbae.
Matutine pater cet.

Transponendus est vs. 17 et legendum:

Ergo ubi me in montes et in arcem ex urbe removi,
Nec mala me ambitio perdit nec plumbeus Auster
Autumnusque gravis Libitinae quaestus acerbae,
Quid prius illustrem Satiris Musaque pedestri?
Matutine pater cet.

XX.

De begripsbepaling van Socrates bestaat in het opsporen van het gemeenschappelijke van met denzelfden naam bestempelde dingen, berust dus op overeenstemming in het spraakgebruik, leert enkel de gangbare beteekenis van woorden kennen, en is niet voor toepassing vatbaar, zoodra de een voor goed of heilig of schoon verklaart wat de ander slecht, onheilig, leelijk noemt.

XXI.

De Quaestores aerarii zijn dezelfde magistraten als de oude Quaestores parricidii.

XXII.

De eerste Senaatsvergadering na Caesars dood is gehouden op 17 Maart 44, en de volksvergadering, die de in die vergadering genomen besluiten moest bekrachtigen, op den volgenden dag, 18 Maart.

XXIII.

Terecht wordt meer en meer het oordeel, dat Drumann en Mommsen over Cicero vellen, als te ongunstig verworpen.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Gd 15.485
Quae fertur Oratio adversus Polycle
Widener Library
005114434
3 2044 085 108 439

Digitized by Google